PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANNO 1216) PRO LATINIS ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANNO 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERÆ MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA; INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA; DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS; AUCTORUM SICUT ET OPERUM, ALPHABETICIS, CHRONOLOGICIS, STATISTICIS, SYNTHETICIS, ANALYTICIS, ANALOGICIS, IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, NE UNO QUIDEM OMISSO, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM S. SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS, TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA USQUE AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA;

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXVII.

LEO DIACONUS. ALII.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES,

IN VIA DICTA: *AVENUE DU MAINE*, 203.

1894

Clichy. — Ex typis PAUL DUPONT, 12, viâ dictâ Bac-d'Asnières. 210.12.93.

BRLO
P4
v.117

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNI 977-990.

ΛΕΟΝΤΟΣ

ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ.

LEONIS DIACONI

HISTORIA

E RECENSIONE

CAROLI BENEDICTI HASII

INSTITUTI FRANCIÆ ACAD. INSCRIPT. SOCII, ETC.

PRÆMITTITUR

MENOLOGIUM GRÆCORUM

BASILII PORPHYROGENITI IMPERATORIS JUSSU EDITUM.

ACCEDUNT

HIPPOLYTI THEBANI, GEORGIDIS MONACHI, IGNATII DIACONI, NILI CUJUSDAM, CHRISTOPHORI PROTOASECRETIS, MICHAELIS HAMARTOLI, ANONYMI,

SCRIPTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri Universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

PARISIIS

APUD GARNIER FRATRES, EDITORES ET J.-P. MIGNE SUCCESSORES

IN VIA DICTA : *AVENUE DU MAINE*, 208.

1894

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM X. ANNI 977-990.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXVII CONTINENTUR

BASILIUS PORPHYROGENITUS IMP.

Menologium Basilianum, ex editione cardinalis Albani. col. 9
Basilii imp. novellæ Constitutiones. 613

LEO DIACONUS CALOENSIS.

Præfatio D. Caroli Benedicti Hasii, Instituti Franciæ Academiæ Inscriptionum socii, etc., ad Leonem Diaconum. 635
Leonis Diaconi Historiæ libri decem. 655

ANONYMUS.

De velitatione bellica Nicephori Augusti, ex editione D. Caroli Benedicti Hasii post Leonem Diaconum. 925
Excerpta ex historiis Arabum de expeditionibus Syriacis Nicephori Phocæ et Joannis Tzimiscis, ex editione Christiani Lassenii. 1007

HYPPOLYTUS THEBANUS.

Fragmenta ab Andrea Gallandio collecta. 1025

GEORGIDES MONACHUS.

Gnomologium. 1057

IGNATIUS DIACONUS.

Drama de primi parentis lapsu. 1163
Versus ad Paulum discipulum suum. 1173
Iambi alphabetici. 1175

NILUS.

Versus alphabetici. 1177

CHRISTOPHORUS PROTOASECRETIS.

Exhortatio duplex ad Israelitas. 1179

MICHAEL HAMARTOLUS.

Epistola ad Tyri præsulem. 1185

ANONYMUS.

Versus politici catanuctici juxta alphabetum ex parte animæ dolentis ad Salvatorem. 1186

SUIDAS.

Indices tres Lexicon Suidæ compendiose repræsentantes. 1193

256423

ORD LIBRARY

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO XIII PONTIFICI MAXIMO

ANNIBAL TITULI SANCTI CLEMENTIS PRESBYTER CARDINALIS ALBANUS

S. R. E. CAMERARIUS, ET BASILICÆ VATICANÆ ARCHIPRESBYTER,

PERENNEM FELICITATEM.

—

Basilianum Menologium, cujus alteram semestrem partem Clemens undecimus Sanctitatis Tuæ decessor in ipso adolescentiæ flore ex Græco vetustissimo codice monasterii Cryptæ Ferratæ descriptam ab interitu vindicatam Latinitate donaverat, tuis, BEATISSIME PATER, auspiciis in publicam eruditorum hominum utilitatem evulgatur. Et jure quidem meritoque. Ipsa enim sanctorum Acta in magni imperatoris usum jam olim collecta, tuum sibi nomen præscribere gestiunt, tibique gratulari videntur, quod summus Ecclesiæ magister ex hac innocentiæ ac sanctitatis disciplina prodieris; quodque ab ineunte ætate sacris rebus addictus, iisque exercendis toto fere vitæ spatio occupatus, inter maximas apostolicæ dignitatis curas hanc præcipuo loco habeas, aliosque habere peroptes, ut sacræ antiquitatis cognoscendæ illustrandæque studium in dies augeatur. Neque vero casu accidisse existimo, ut opus jamdudum absolutum, preloque multis ante annis destinatum, nunc tandem typis Urbinatibus, quos summa beneficientia complexus es, in lucem prodire potuerit cum octo spectatissimi Ecclesiæ nostræ Romanæ alumni, virtutibus atque miraculis insignes, sapientissimo Beatitudinis Tuæ judicio in sanctorum canonem relati sunt. Hoc enim Græcam Ecclesiam decebat, ut matrem filia sequeretur; quæque novos sanctos, quos proferat, non habet, antiquos saltem ex toto Oriente in unum volumen collectos exhiberet, simulque testaretur, feracissimas fuisse sanctorum omnis ætatis, ordinis, atque conditionis orientales terras, cum Romano pontifici parerent, perque operarios idoneos colerentur. Quo igitur patrocinio, sanctissime Pater, hanc exspectatissimam editionem complectere, in qua dum decessoris tui Clementis undecimi primos studiorum fructus publici juris facimus, tua plane studia repræsentamus, qui a puero religionis litterarumque exercitationibus animum applicuisti. Hoc insuper enixis assiduisque precibus Deum Optimum Maximum rogamus, ut Græcorum Ecclesiam cum Romana matre sua conjungens, in eum statum Benedicto XIII pontifice maximo illam restituat, qui Benedicto septimo sedente tum erat, cum Basilius Porphyrogenitus imperator Menologium istud in suum usum describendum curavit.

TYPOGRAPHUS CANDIDO LECTORI *.

Menologium Basilii Porphyrogeniti imperatoris jussu descriptum, pictisque sanctorum imaginibus ornatum, qua parte vices temporum, barbariæ neglectum, et communia librorum fata vitare potuit, Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani ducem allatum fuit: deinde apud Sfondratorum gentem servatum, et a Paulo S. Cæciliæ Cardinali Sfondrato sibi dono datum, Paulus V pontifex maximus bibliothecæ apostolicæ Vaticanæ addixit: idem summis eruditorum hominum laudibus celebratum, et votis expetitum, nunc demum in publicam lucem prodit.

Dolebant quidem docti viri tandiu latere præstantissimum codicem, quo nihil esset ad excitandam Christianam pietatem, ad confirmandam orthodoxæ religionis veritatem, ad ecclesiasticam antiquitatem sacrarumque rerum historiam illustrandam conducibilius; nihil denique nostra ætate gratius litteratis hominibus ad ejusmodi studia cum insigni Ecclesiæ sacræque criticæ fructu certatim incumbentibus. Enimvero curiosis piisque eorum studiis satisfacere utcunque conati sunt de ecclesiastica Græcorum eruditione optime meriti Leo Allatius, et Petrus Arcudius. Ille enim in *Dissert. de libris ecclesiasticis Græcorum*, § 12, codicis ætatem, præstantiam fortunamque scripto persecutus est. Arcudius vero eumdem Latine vertit, ejusque interpretationem apud Ferdinandum Ughellum *Italiæ Sacræ* tom. VI typis impressam legimus. Verum Allatius scri-

* Prodiit editio Menologii Urbini MDCCXXVII, 3 vol. fol., miro typorum splendore ornata.

ptis suis exposita codicis raritate, curiosorum desiderium auxit; et Arculii interpretatio haud satis accurata, Græci textus necessitatem lectoribus ostendit; in hujus præsertim ætatis et criticæ artis luce, quæ ex interpretationibus ad consulendos textus magis accenditur. Itaque cardinalis Joseph Maria Thomasius, morum sanctitate et sacra eruditione deleberimus, cum ejus thesauri pretium optime nosset, curas suas ad illum vulgandum contulit : quod assiduis votis optaverat; fecissetque, nisi virum eximium in clericorum regularium ordine tunc agentem, voluntate institutoque pauperem, impensarum magnitudo deterruisset. Codicis enim dignitatem supra cæteras laudes commendant quadringentæ ac triginta imagines ab illustribus Basiliani ævi artificibus minio depictæ, quæ sanctorum martyrum, confessorum, sacerdotum, monachorum, virginum, mulierum, tortorum, tyrannorum, judicum, vestes, arma, sedes, ornatus; necnon ædium, templorum, tribunalium. structuram, formam, apparatum, oculis exhibent : quibus ære incidendis et excipiendis non modica vis auri fuisset impendenda.

Sed Clementi XI, pontifici maximo, hæc laus reservabatur, ut publicam rem faceret, quæ hactenus magnorum principum fuerant pretiosa cimelia : cujus providentia codicem quovis auro cariorem, vetustate tamen jam fatiscentem, et picturis prope fugientibus obsolescentem, in pristinum ornatum restituit; cujus sumptibus tabulæ omnes exceptæ fuissent, nisi mors intercessisset. Inchoato operi supremam manum imposuere ejusdem successores Innocentius, et Benedictus XIII, quorum ille dum præclarum antiquitatis monimentum munificentia sua complectitur, in vivis esse desiit; hic non tabulas modo perfecit, sed elegantissimos etiam Græcos typos ad procurandam editionem liberaliter suppeditavit.

Illud tamen supererat, ut jactura alterius partis, quæ jam olim misere intercidit, ad integritatem optatissimi operis utcunque resarciretur; et adjectis ex aliquo non inferioris ævi manuscripto codice sex posterioribus mensibus, sanctorum si minus tabulas, Vitas saltem per integrum anni circulum digestas, absolutumque Menologii corpus acciperent sacrarum rerum studiosi. Hoc autem subsidium a domestica etiam Clementis XI manuscriptorum bibliotheca, lectissimis omnium linguarum monimentis locupletissima, imo vero ab ipsis illius schedis, atque a primis adeo ejus pueritiæ exercitationibus impetravimus. Is enim vix annum ætatis decimum septimum egressus, ex vetustis codicibus monasterii Cryptæ Ferratæ alteram illam Basiliani Menologii partem, quam periisse litterati viri dolebant, a se inventam, sua manu Græce descripserat, et accuratissima interpretatione Latinam fecerat : quam etsi modestia ejus plane singularis diuturnis tenebris oppressit, publica tamen utilitas diutius latere non patitur. Mutilo igitur operi semestrem alteram partem illius diligentia conservatam Latineque redditam adjungimus; ut partim ab interitu creptum, partim e tenebris erutum, partim Latinitate donatum, immortali ejus nomini posteritas acceptum referat.

Bollandiani socii eruditis tanti adolescentis laboribus aliquot collectionis suæ menses locupletarunt, Græca sanctorum gesta ad calcem Martii, Aprilis, Maii, et Julii, ex commentariis Albanis adjicientes. Etsi autem Latinas eorumdem mensium, simul et Junii atque Augusti, interpretationes idem Clemens XI confecit; in ipsius tamen schedis, quæ supersunt, Aprilis tantum et Maius integri; Martii priores viginti; Junii ac Julii aliquot dies Latine versi, propriaque ejus manu exarati conspiciuntur : reliqui quorsum cesserint, quove fato aut delitescant aut interierint, incompertum. Monachi Baciliani Cryptæ Ferratæ Augustum mensem, qui ex Albano apographo exciderat, aliquot foliis mutilum, ex eodem autographo Græce, recentioribusque Menologiis Græce supplentes. Latinam ejusdem versionem adornarunt. Cæteros Martii, Junii ac Iulii dies e Græco sermone Latinos fecit P,) Petrus Benedictus e Societate Jesu, Syrus Maronita, vir Latinis, Græcis, Hebraicis, Syriacis, Arabicisque literis excultissimus, qui ejusdem Clementis XI jussu, martyrum etiam Persarum historiam ab antiquissimo Syro scriptore exaratam, aliorumque sanctorum res gestas in præstantissimis codicibus Syriacis descriptas, quos idem pontifex ex Orientis latebris eductos, una cum pluribus aliis linguarum orientalium selectis manuscriptis,in bibliotheca Vaticana ad communem utilitatem dedicavit, in Latinum sermonem convertit, easdemque typis propediem edendas exspectamus.

Quam vero Petri Arcudii nomine Ughellus vulgavit priorem semestrem Menologii partem, a cl. v. Josepho Simonio Assemano sacros, basilicæ Vaticanæ presbytero beneficiato, qui eosdem codices orientales in bibliotheca Clementino-Vaticana recensuit, castigatam novaque propemodum interpretatione donatam edimus : a Græco enim textu quam longissime distabat, quemadmodum facta collatione perspicuum reditur : multa siquidem ab interprete perperam adjecta vel prætermissa; quædam alio prorsus, quam textus patitur, sensu exposita; corrupta alicubi sanctorum etiam nomina; ubique demum paraphrasim potius, quam fidelem versionem cernere est : adeo,ut genuinum Arcudii viri Græce Latineque doctissimi fetum esse, eruditi vix crederent, nisi Ughellus id affirmaret.

In altera semestri parte, quam, ut supra dictum est, Clementi XI debemus, avulsis ob codicis vetustatem nonnullis foliis, dies aliquot desiderantur : nimirum Junii IX, X, XI, Augusti IV, XIII, XIV, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI. Eos ex Menæis excusis descriptos Latineque versos adjicimus.

Sanctorum imagines, ut in autographo Vaticano conspiciuntur, sic ad vivum ære incisas damus : sunt enim pretiosa antiquitatis momenta, etsi ab arte pingendi nonnihil recedunt, Pictorum autem nomina,

quæ ad marginem singularum imaginum in eodem autographo exstant hæc sunt : *Pantaleo Simeon, Michael Blachernita, Georgius, Menas, Simeon Blachernita, Michael parvus, Nestor.* Eamdem in hujus editionis margine quadringenties ac trigesies repetere, nullius operæ pretium duximus.

Menologio præmittimus testimonia virorum illustrium de utraque ejus parte : ex quibus constat primo Basilium imperatorem, cui Menologium tribuitur, non Macedonem esse, qui anno Christi 886 imperium tenebat, ut card. Baronius existimavit ; sed Porphyrogenitum, qui sæculo integro posterior Macedone fuit : quod Allatius et Ughellus demonstrant. Secundo, semestrem alteram partem, cujus initium a mense Martio ducitur, quamque Bollandiani socii in monasterio Cryptæ Ferratæ repertam dicunt, a Joanne Francisco Albano iis Græce Latineque transmissam fuisse ante annum Christi 1668 quo mensem Martium ex Basiliano Menologio edidere, quemadmodum Joannes Ciampinus in Diario anni 1676 testatur,

Subjungimus Græcam Petri Possini e Soc. Jesu ad eumdem Joannem Franciscum Albanum epistolam scriptam die 26 Decembris anni 1661, ex qua palam fit, præclarum adolescentem ineunte anno ætatis tertiodecimo (natus enim fuit mense Julio anni 1649) in Græcæ linguæ studio usque adeo profecisse, ut non solum pure emendateque, sed eleganter etiam ornateque litteras ea ligua conscribere.

Ut opus in duas partes divideretur, Græcus textus in binas semestres distributus postulare videbatur. Verum quia priorem partem quadringentæ ac triginta sanctorum imagines duplo majorem posteriore efficiunt ; Menologium in tres partiri necesse fuit, quarum pars prima Septembrem, Octobrem ac Novembrem ; altera Decembrem, Januarium et Februarium ; tertia reliquos sex anni menses complectitur.

Illis fruere, amice Lector ; editionemque eminentissimo ac reverendissimo domino Annibali tit. S. Clementis presbytero cardinali Albano S. R. E. camerario, et basilicæ Vaticanæ archipresbytero, Clementis XI fratris filio de republica litteraria optime merenti, acceptam referto, cujus consilio, studio, sumptibus in tuum commodum cedit.

DE MENOLOGIO BASILII IMPERATORIS

VIRORUM ILLUSTRIUM TESTIMONIA.

Card. Baronius ad annum 886 *de Basilio Macedone imp.*

Ad eumdem Basilium rursus spectat (ne quid prætermittatur antiquitatis) quod scribendum curavit, et augendum Græcorum Menologium ; quod etiam exornavit imaginibus, quibus singulorum exprimerentur certamina. In cujus fronte ejusmodi scriptum invenimus iambis versibus epigramma in scripto codice Vincentii Pinelli Patavio ad nos Ferrariam, cum illic essemus cum pontifice, misso.

Basilius imperator hujus climatis
In pace præstans, atque rebus bellicis.
Et pellibus pactum, sequens ex ordine
Pulchras fereas imagines ut sideras.

Exstat autographum ipsius Basili volumen imaginibus magni pretii decoratum per dies singulos, singulosque sanctos, de quibus mentio habetur in versibus. Vidimus et legimus nobis concessum a Paulo Sfondrato Sanctæ Cæciliæ cardinali, nepote felicis memoriæ Gregorii papæ decimi quarti.

Leo Allatius in dissertatione de Libris Ecclesiasticis Græcorum, § 12.

Menologia non alia sunt (et erit duodecimus liber) quam quæ Latinus *Martyrologia* vel Kalendaria dixerit, nec aliud in illis habetur nisi vel sanctorum vitæ quolibet die per totum annum summatim expositæ, vel quorum vitæ non habentur commemoratio, nullaque ibi aut officii ordinandi, aut recitandi series continetur. Verum est tamen sæpissime Menologiorum horum partem, eamque non minimam in Menæis inter Canones post odam sextam esse digestam, ut sine alterius libri ope, qui officium in ecclesia aut domi recitat, habeat unde celebrandorum sanctorum historiolas et commemorationes legati. Hoc Menologium apud Græcos non unum est, sed pro opportunitate temporis variam quoque faciem induit ; aliud quippe est quod nobis Latine tantum ex versione cardinalis Sirleti, Canisius in Antiquis Lectionibus repræsentavit : aliud quod separatim hinc inde manuscriptum adhuc in bibliothecis, et Barberina potissimum, quod et antiquissimum est, asservatur : quæ nec omnia sibi invicem respondent : aliud quod in Menæis Græcorum insertum est : aliud quod post divinas Horas, Evangelium, Apostolum, aliosque libros legitur. Menologium ex Menæis Græcorum erutum, et in linguam Græcorum vernaculam versum a Maximo Margunio Cytherorum episcopo edidit Antonius Pinellus Venetiis anno 1529, in-4.

Baronius, anno Domino 886, refert Basilium Macedonem imperatorem Græcorum Menologium scribendum curasse et augendum, atque etiam imaginibus exornasse, quibus singulorum sanctorum exprimerentur certamina : cujus ipsum autographum vidimus, et legimus concessum nobis a Paulo Sfondrato S. Cæciliæ cardinali, nepote Gregorii papæ XIV. Menologium hoc, auro gemmisque pretiosius

Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam satis munifice advectum, Ludovico vita functo, Joannes Baptista Francisci Sfondrati, cardinalis parens, avusque Nicolai Sfondrati cardinalis, in arbitrio ac potestate habuit, quemadmodum monumenta alia, maximæque æstimationis scripturas ejusdem Ludovici, apud quem Baptistæ auctoritas plurimum pollebat, ut ex diversis legationibus, quas ille ob gravissima negotia apud omnes fere principes Christianos, Innocentium nempe VIII, Carolum Galliæ, Ferdinandum et Elisabetham Hispaniarum, Ferdinandum Neapolis et Siciliæ regem, et tandem rempublicam Venetam, ubi et mortem obiit, colligere possumus. Postmodum a Paulo Sfondrato cardinali dono acceptum Paulus V in bibliothecam Vaticanam invexit, et præfixa incipiione significavit.

Paulus V pontifex maximus hunc librum Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam Mediolani ducem allatum, deinde servatum apud Sfondratorum familiam a Paulo S. Cæciliæ cardinali Sfondrato sibi dono datum, in bibliothecam Vaticanam inferri jussit anno 1615 *pontificatus* XI.

Liber unam tantum Menologii partem, quando sex tantum mensibus, Septembre, Octobre, Novembre, Decembre, Januario, et Februario absolvitur, continet. Altera quibusnam caveis addicta lateat, incertum est, et utinam non communem sortem librorum passa, igne vel ferro, vel impiorum aut otiosorum hominum manibus, elementorum etiam injuria, in luce esse desierit. Scriptus est in folio grandi pergameno affabre perpolito, licet ætate jam victa aliquantulum sublurido, forma quasi quadrata, characteribus elegantissimis, nusquam pro illius atramenti facultate, quod nigrum non tingit, nigricantibus. Capitales quas vocant litteras, auro efformantur, singularum pagellarum pars superior nomina sanctorum illius diei repræsentat, alterius dimidia scripta compendio sanctorum gesta, altera imaginibus coloribusque non indiligenter, et pro eo tempore satis eleganter, sub oculos ponit. Picturam recentiores miniaturam vocant : neque enim oleo, sed aqua gummique colores temperantur. Imagines non ab una manu promanant, ideoque nec unius omnes conditionis, sed una altera concinnior, accuratior, et ad artem accommodatior excellit, et ne ἀδέσποτοι palarent, pictor quilibet imagini a se depictæ in margine libri nomen expressit. Pictorum nomina sunt, *Pantaleo*, *Michael Blachernita*, *Georgius*, *Simeon*, *Michael parvus*, *Menas*, *Nestor*, *Simeon Blachernita*. Imagines ita disponuntur, ut una alteri adversæ non respondeat, sed litteris et sanctorum vitis : quare nunc superiorem partem paginæ, quando alterius superior pars scriptionem refert, nunc inferiorem, quando alterius inferior descripta est.

Quando liber scriptus sit, divinare non possumus: abhinc tamen anno 662 scriptum, videntur *indicare* qui operi præfiguntur iambi. Hi vero sunt.

Ἐνταῦθα νῦν σκόπησον ὀρθῶς ὁ βλέπων, etc.

Ex versione Joannis Argoli.

Considera probe oculis hic, o qui aspicis,
Ex rebus optimis opus certe optimum,
Dei, inquam, opus pulcherrimum mentem impetens
Visu creata cuncta delectans merito,
Ut namque supra rex poli summi artifex
Cælum choreis condecorans clarum igneis,
Quod pellis instar vocis explicuit sono,
Munaum irradiat sapiente providentia ;
Infraque ut ipsum moribus splendens paribus
Terræ plagas totius, et rex purpuræ
Basilius, filiusque duplici potens
Fama, triumphis scilicet, sermonibus, etc.

Et hoc est Menologium Baronio visum, nec abnuo ; studio, jussuque Basilii imperatoris descriptum, exornatumque imaginibus, nisi aliunde edoctus fuero, non credam, quemadmodum et Basilium hunc Macedonem fuisse : ex iambis enim hic Basilius Porphyrogenneta asseritur : ἀναξ ὅλης γῆς, ἥλιος τῆς πορφύρας Βασίλειος, τὸ θρέμμα τῆς ἁλουργίδος, *Imperator terræ universæ, sol purpuræ Basilius et alumnus.* Id de Macedone dici non potest, cum neque Porphyrogenneta fuerit, nec imperatore patre natus sit, neque adultus. Zonaras in Constantino Duca, Τὴν μὲν βασιλείαν αὐτοῦ καταλέλοιπε τρισὶν υἱέσιν, etc. *Imperium tribus fijiis reliquit, quorum duos, Michaelem et Andronicum Eudocia privato adhuc, Constantinum vero imperanti pepererat, cum et ipsa Augusta appellata esset. Unde hic solus Porphyrogenitus fuit, ac statim præ cæteris imperii insignibus adornatus.* Ex eo nempe Porphyro genitorum nomen emersit, ut qui imperante patre nasceretur, sive in thalamo Porphyræ dicto, sive purpura obvoluti, Porphyrogennetæ dicerentur. Herodianus hist. lib. I, de Commodo Marci imperatoris filio : Ἔδωκε δὲ μετ' ἐκεῖνον, etc. *Nunc ne post Marcum patrem vobis fortuna principem dedit, non quidem ascititium, quales ante me fuerunt, neque veluti acquisito imperio gloriantem, quippe unus ego vobis natus, educatusque in aula, non quidem privatis obvolutus fasciis, statim me ut ex alvo prodieram, imperatoria purpura suscepit, simulque sol hominem me vidit, et principem.* Et Themistius orat. 6. de Valentino Gratiani imperatoris fratre : Πρῶτος γὰρ δὴ τέως τῆς εὐδαίμονος οἰκίας ἐσπαργανώθης ἐν ἁλουργίδι, *Primus autem tunc inclytæ domus purpureis obvolutus est fasciis.* Dicitur tamen de Basilio Juniore, qui circa annum Domini 977, cum Constantino Porphyrogenneta imperium tenuit.

Ferdinandus Ughellus, Italiæ sacræ *tom.* VI, *pag.* 1049 *et seq.*

Menologium Græcorum jussu Basilii Junioris imp. Constantinopolitani ante annum Sal. 984 conscriptum, et ad fidem membranacei codicis Vaticani a Petro Arcudio Corcyrensi V. C, Latine versum, nunc primum edidit Fernandus Ughellus (*Anno scilicet* 1659).

Liber iste Græcus, cujus hic versio Latina habetur, jussu olim Basilii Porphyrogennetæ Junioris imp. ante fere annos 684 conscriptus fuit, ipsorumque, quorum in eo elogiis celebrantur, divorum imaginibus ornatus, asservatur in Vaticana pontificis maximi bibliotheca : de quo vir cl. et eruditissimus Leo Allatius in *dissert. prim. de lib. Eccl. Græcorum* scribit in hæc verba : « Menologium hoc auro gemmisque pretiosius, Constantinopoli ad Ludovicum Sfortiam satis munifice advectum. » *Cætera ut supra apud Allatium usque ad finem. Pergit Ughellus* :

Hæc Leo. Sed quod magis arguit Menologium hoc scriptum fuisse Basilii Junioris jussu, est, quod in eo fit mentio ad 17 Kalend. Januarii sanctæ Theophanonis, uxoris primæ Leonis imperatoris, Basilii Macedonis filii, aliorumque sanctorum, qui longe post Basilium Macedonem vixerunt. Cæterum cum penes me esset ipsa Arcudii versio originalis, placuit in gratiam rerum ecclesiasticarum amatorum hic eam exhibere, Tu interim, candide Lector, utere et vale.

Bollandiani socii in Actis sanctorum *tom*, I *Martii*, *pag.* 861.

Integre habere curavimus præclariora duo Menologia ; quorum unum ex collegio societatis nostræ Claromontano Parisiis accepimus mutuo ; alterum partim ex mss. monasterii Cryptæ Ferratæ in Latio ; partim ex Bibliothecæ Vaticanæ codice transcribi jussimus. Atque hoc postremum illud est, cujus primam partem elegantissime descriptam a Paulo S. Cæciliæ cardinali Sfondrato, Paulo V, pontifici maximo, dono datum, et a Petro Arcudio Latine redditum, *Italiæ sacræ* tom. IV, subtexuit Ferdinandus Ughellus : questus alteram latere incertum quibusnam in caveis, aut communi forte librorum sorte, igne aut ferro, vel impiorum aut otiosorum hominum, vel elementorum injuria desiise. Verum non latitantem in caveis ; sed ad divini officii usum tot quot ipsa complectitur mensibus a Martio ad Septembris initium servientem, reperimus in prænominato monachorum Basilianorum monasterio : non quidem pari characterum elegantia et picturarum ad singulas paginas deliciis exornatam (qualem in Vaticano esse, sicut audivimus, legimusque, sic et vidimus), sed antiquitate fide nihilo inferiorem, eumdemque Basili imperatoris titulum præferentem : ut hanc Vaticanæ illius partis si non germanam alteram, ab eadem manu velut utero prognatam, certe genuitam ex patre atque auctore eodem, tum cæteris indiciis, tum styli perfectissima similitudine, nihil hæsitantes crederemus. Ex hac igitur mensem primum, id est, Martium hic damus in specimen Menologiorum cæterorum omnium. Est enim cæteris quæ vidimus omnibus illustrior hæc collectio, auctoritatisque majoris ; eo quod non privato alicujus arbitrio compilata, sed in publico Ecclesiarum Constantinopolitanarum usu fuisse videatur : cum jussu Basilii imperatoris Porphyrogeniti ante annum salutis 984, esse exarata cognoscatur. An prima in hoc genere ? non audemus divinando asserere : nedum definire, quanto sit Menologiorum usus in Ecclesia Græca sæculo jam nominato anterior, etc.

Synaxarium ex Menologio jussu Basilii imperatoris collecto, cujus sex postremi menses exstant manuscripti in monasterio Cryptæ Ferratæ in Latio, etc.

Joannes Ciampinus, in libro cui titulus, Il Giornale de' Letterati, *editio Romæ anno* 1676, *in primo Diario mensis Aprilis ejusdem anni, cum Acta sanctorum Aprilis collecta et illustrata a Godefrido Henschenio, et Daniele Papebrochio Soc. Jesu retulisset, de Græcorum Menologio hæc subjungit pag. 8 :*

Ma sopra tutto, a questo proposito non e da tacerci come in quest' opera si rapporta *per extensum* l'originale Greco del mese di Aprile di un antichissimo Menologio trovato nel monasterio di Grotta Ferrata. Contiene questo i Santi di soli sei mesi, cominciando da Marzo fino a tutto Agosto ; ma la mancanza delg' altri sei non toglie, anzi accresce il preggio del ms., poiche nella Vaticana si conservano a punto quegl' altri sei mesi, che mancano per rendere l'anno intiero, fatti scrivere d'all imperadore Basilio Porfirogenito Juniore, e traslatati dal Greco da Pietro Arcudio. Non si era di tutta questa nuova parte bavuto per l'addietro notizia veruna : onde Monsignor Leone Allazio la crede del tutto smarrita, e l'Ughelli, nel fine del sesto tomo dell' Italia Sacra, ove rapporta la traduzione delli sei mesi del Menologio Vaticano, si duole anch' esse dello smarrimento di si bella memoria. Molto percio si deve al Signor canonico Giov. Francesco Albani, poiche egli trasmise agl' autori la tralazione Latina di quest' ultimo ms. et attesta essere in tutto somigliante, nel carattere, nella forma e nellafrase, al Vaticano.

—

Petri Possini e Soc. Jesu Epistola Græca ad Joannem Franciscum Albanum scripta Romæ die 26 *Dec* 1661.

Εὐγενεῖ καὶ Φιλομούσῳ μειρακίῳ Ἰωάννῃ Φραγκίσκῳ τῷ Ἀλβάνῳ, Πέτρος Ποσσῖνος ἐκ τῆς ἑταιρείας τοῦ Ἰησοῦ, χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.

Θαυμάζω σε τῆς εὐφυΐας καὶ φιλοπονίας, αἷς ἐγκείμενος εἰς μελέτην τῆς Ἑλληνικῆς γλώσσης, εἰς τόσαν προβέβηκας, ὥστε οὐ καθαρῶς καὶ ἀμέμπτως

Nobili ac studioso adolescentulo Joanni Francisco Albano, Petrus Possimus Soc, Jesu S. P. D.

Admiror egregiam indolem ac solertiam, qua in Græcæ linguæ studium incumbens usque ade profecisti, ut non solum pure emendateque, sed el-

ganter etiam ornateque litteras ea lingua conscribas. Qua de re ita tibi gratulor, ut de amicorum felicitate et recte factis convenit gratulari. Moneo quoque et hortor,ne a tam præclaris initiis absistas, neque illustrium parentum spem bonam fallas; sed longanimitate et laboris patientia ad gloriæ, quam appetis, verticem evadas. Novum annum, quem propediem, Deo dante, inituri sumus, felicissimum tibi adprecor. Et quoniam veteri more solemne est circa Januarias Kalendas munera mittere, pro munusculo aureum hoc Gregcrii Nazianzeni tetrastichon mitto:

A μόνον, ἀλλὰ κοσμίως τε καὶ καλλιγράφως ἐπιστέλλειν ἐκείνῃ τῇ διαλέκτῳ. Ἐγὼ γοῦν ἐπὶ τῷ γε συνήδομαι, οἷα πρέπει συνήδεσθαι ἀνδραγαθήμασι καὶ προτερήμασι τῶν φίλων· παραινῶ δὲ ἅμα καὶ παρακαλῶ μὴ ἀτελεῖς καταλιμπάνειν οὕτω λαμπρὰς ἀρχάς· μηδ' ἀπατᾷν χρηστὰς ἐλπίδας τῶν σεμνῶν γονέων· ἀλλ' εἰς τῆσδε τῆς ἐρασθείσης σοι δόξης φθάνει τὴν κορυφὴν διὰ μακροθυμίας καὶ φερεπονίας. Εὔχομαί σοι εὐτυχέστατον τὸν νέον ἐνιαυτὸν οὗ μεθ' ὕστερον, Θεοῦ γε δόντος, ἐπιβήσομεν· καὶ ὡς ἐστι πάλαι νόμιμον δῶρα πέμπειν τοῖς φίλοις ἀμφὶ τὴν νουμηνίαν τοῦ Ἰανουαρίου, ξενίου δίκην χρυσοῦν Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ προσάγω τετράστιχον.

Sermone inerti præstat elinguis labor.
Nam nemo rebus gestis absque claruit,
Sed absque verbis multos facta sublevant,
Non est loquentis, verum agentis gratia.

B Ἄφωνον ἔργον κρεῖσσον ἀπράκτου λόγου.
Βίου μὲν οὐδεὶς πώποθ' ὑψώθη δίχα,
Λόγου δὲ πολλοὶ τοῦ καλῶς ψοφουμένου·
Οὐ γὰρ λαλούντων, εὖ βιούντων δ' ἡ χάρις.

Vale, amicissimum caput.

Romæ VII *Kal. Januar. MDCLXI.*

Ἔρρωσο, φιλτατη κεφαλή.

Ῥώμηθεν, ἕκτῃ φθίνοντος Δεκεμβρίου, ἔτει αχξά.

MENOLOGII GRÆCORUM

PARS PRIMA

A MENSE SEPTEMBRI AD NOVEMBREM.

—

1 Hic nunc specta recte qui vides,
Optimum opus ex optimis rebus:
Opus Dei pulcherrimum, in stuporem rapiens [mentes:
Opus delectans omnem merito creaturam.
Supra enim ipse, ut Deus et Dominus,
Astrorum choreis depingens cælum,
Quod, tanquam pellem, extendit verbo,
Mundum illustrat sapientissima providentia
Qui autem hunc modis exprimit,
Rex totius terræ, sol purpuræ,
Basilius fasciarum alumnus,
Præstantissimus in utroque; tropæis, et verbis;
Tanquam alterum certe cœlum, faciens librum,
Ex pellibus extensum, uti se habet natura,
Ferentem, velut luminaria, venustas figuras,
Primum quidem ipsius Dei hominis Verbi;
Deinde Matris, quæ sine semine genuit;
Sapientumque, prophetarum, angelorum, archan- [gelorum;
2 Orthodoxorum omnem lætificat mentem:
Delectat simul omnem jucunditate visum.
Sed quos quidem effinxit coloribus
Inveniat auxiliatores omnes in negotiis,
Conatuum adjutores, commilitones in pugna.

C Ἐνταῦτα νῦν σκόπησον ὀρθῶς ὁ βλέπων,
Ἄριστον ἔργον ἐξ ἀρίστων πραγμάτων.
Ἔργον Θεοῦ κάλλιστον ἐκπλῆττον φρένας·

Ἔργον τὸ τερπου πᾶσαν εἰκότως κτίσιν.
Ἄνω γὰρ αὐτὸς, ὡς Θεὸς καὶ Δεσπότης,
Ἄστρων χορείαις ζωγραφήσας τὸν πόλον,
Ὃν, οἷα δερρίν ἐξέτεινε τῷ λύγῳ,
Κόσμον δαδουχεῖ πανσόφῳ προμηθίᾳ·
Ὁ δὲ τοῦτον εἰκονίζων τοῖς τρόποις,
Ἅναξ ὅλης τῆς γῆς, ἥλιος τῆς πορφύρας,
Βασίλειος, τὸ θρέμμα τῆς ἁλουργίδος.
Κράτιστος, ἀμφοῖν, καὶ τροπαίοις καὶ λόγοις,
Ὡς ἄλλον ὄντως οὐρανὸν τεύξας βίβλον,
Ἐκ δερρέων ταθεῖσαν, ὡς ἔχει φύσις,
D Φέρουσαν ὡς φωστῆρας ὡραίους τύπους·
Πρῶτον μὲν αὐτοῦ τεῦ Θεανθρώπου Λόγου,
Ἔπειτα Μητρὸς τῆς τεκούσης ἀσπόρως·
Σοφῶν, προφητῶν, ἀγγέλων, ἀρχαγγελων,

Τῶν ὀρθοδόξων πᾶσαν εὐφραίνει φρενα·
Τερπει δὲ πᾶσαν τερπνότητι καὶ θέαν.
Ἀλλ' οὕσπερ εἰκόνισεν ἐκ τῶν χρωμάτων,
Εὕροι βοηθοὺς πάντας ἐκ τῶν πραγμάτων,
Κράτους συνεργοὺς, συμμάχους ἐν ταῖς μάχαις,

Παθῶν λυτρωτὰς, φαρμακευτὰς τῶν νόσων·

Ἐν τῇ κρίσει πλεον δὲ πρὸς τὸν Δεσπότην
Θερμοὺς μεσίτας, προξένους καὶ τῆς ἄνω
Δόξης ἀφράστους, καὶ Θεοῦ σκηπτουχίας

A Pravorum affectuum frenatores, morborum curatores,

In judicio autem maxime apud Dominum
Fervidos mediatores, conciliatoresque supernæ
Gloriæ occultos, et divini imperii

ΜΗΝΙ ΣΕΠΤΕΜΒΡΙΩ.

ΕΝ ΤΗ ΠΡΩΤΗ

Ἀρχὴ τῆς Ἰνδίκτου.

Τὴν Ἰνδικτον ἑορτάζει ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, ἀπὸ τῶν ἀρχαίων παραλαβοῦσα, διὰ τὸ νομίζεσθαι ἀρχὴν εἶναι τοῦ χρόνου ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας. Ἐπειδὴ Ἰνδικτον λέγουσιν οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἀρχὴν. καὶ τὸν ὁρισμόν. Ἔστιν οὖν καὶ ἡ πρώτη ἡμέρα τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ὁρισμὸς καὶ ἀρχὴ τοῦ ὅλου ἔτους. Ἐπεὶ δὲ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν βουληθεὶς ἐπευλογῆσαι τὴν ἀρχὴν τοῦ χρόνου, μᾶλλον δὲ ὅλον τὸν χρόνον, ὃν αὐτὸς πρὸ τῶν αἰώνων ἐποίησεν, εἰσῆλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων· καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον Ἡσαΐου τοῦ προφήτου. Καὶ ἀνοίξας αὐτὸ, εὗρε τὸν τόπον ὅπου ἦν γεγραμμένον· Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με· κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν· καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. Καὶ ἀποδοὺς τὸ βιβλίον τῷ ὑπηρέτῃ, ἐκάθισεν. Ἔκτοτε ἐχαρίσατο ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν ταύτην, ἣν καὶ προθύμως ἑορτάζοντες εὐχαριστοῦμεν αὐτῷ.

B

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Στυλίτου.

Ὁ ἅγιος Συμεὼν ἐγένετο ἀπὸ Ἀντιοχείας· νέος δὲ ὢν, προσετάγη παρὰ τῶν γονέων αὐτοῦ βόσκειν πρόβατα. Ἀργήσας δὲ ποτε διὰ τὸν χειμῶνα, τοῦ μὴ βόσκειν τὰ πρόβατα, ἀπῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ εὔξασθαι. Καὶ κατὰ συγκυρίαν, ἤκουσε τοῦ ἁγίου Εὐαγγελίου ἀναγινωσκομένου· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ ἀφῆκε γονεῖς καὶ πάντα. Καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν λαύρον, τὴν λεγομένην μάνδραν, καὶ ἐγένετο μοναχὸς ἐπὶ τῆς βασιλείας Λεοντος τοῦ Μεγάλου. Ὅπου καὶ τὸ πρῶτον ἀγωνισάμενος, καὶ πάντας τοὺς μοναχοὺς ἐν πάσαις ἀρεταῖς νικήσας, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ δι' ἐγκρατείας καταξηράνας· καὶ γὰρ ἐνήστευσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα, τὰς μὲν εἵκοσιν ἱστάμενος, τὰς δὲ εἴκοσι καθεζόμενος, διὰ τὸν κόπον. Ὕστερον ἀνῆλθεν ἐπὶ στύλον· καὶ μυρία θαύματα ποιήσας, καὶ μεγας γενόμενος εἰς πάντας ἀνθρώπους, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων βαπτίσας, καὶ τεσσαρακονταεπτὰ ἔτη τὸν Θεὸν θεραπεύσας ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

C

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἡ κοίμησις Ἰησοῦ τοῦ Ναυή.

Οὗτος ὁ Ἰησοῦς ἐγένετο μὲν υἱὸς τοῦ Ναυὴ, διά-

D

[1] Isa. LXI, 1. [2] Matth. V 3.

MENSE SEPTEMBRI.

DIE PRIMA

✠ *Initium Indictionis.*

Indictionis festum diem celebrat Dei Ecclesia, traditione a majoribus accepta, quod ab hac die existimarent esse temporis principium, cum indictionem Romani dicant principium, et finem. Est igitur dies primus mensis Septembris, anni totius principium et finis. Sed postquam Christus Deus noster volens benedicere principium temporis, vel potius totum tempus, quod ipse ante sæcula fecerat, ingressus est synagogam Judæorum, traditusque est ei liber Isaiæ prophetæ, eoque aperto invenit locum ubi scriptum erat: *Spiritus Domini super me : propterea unxit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, vocare annum Domini acceptabilem* [1]: et reddens librum ministro, sedit; ex eo tempore nobis Christianis sacratam hanc celebritatem largitus est, quam alacri animo peragentes, gratias eidem habemus.

Eodem die.

✠ *Memoria sancti Patris nostri Simeonis Stylitæ.*

Sancto Simeoni patria fuit Antiochia. Cum autem adolescens esset, jussus est a parentibus pascere oves. Nactus vero aliquando vacuum ac liberum otium, quod per hyemem oves pascere non licebat, ingressus ecclesiam Dei, ut oraret, contigit ut audiret illam sancti Evangelii lectionem : *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum* [2]. Et statim valedicens parentibus, ac cæteris omnibus, abiit in lauram, quæ etiam mandra dicebatur : monachusque effectus est imperatore Leone Magno : ubi primum acerrime decertavit, et monachos omnes omni virtutum genere superavit, Tanta autem continentia corpus suum coercens, aridum illud effecit : etenim quadraginta continuos dies, viginti quidem stando, reliquos vero sedendo, laboris studio, jejunabat. Demum in columnam ascendit, et innumera miracula patravit. Cumque apud omnes magnus ac celebris evasisset, multosque infidelium baptizasset, et quadraginta septem annos Deo serviisset, in pace decessit.

Eodem die.

✠ *Dormitio Josue filii Nave.*

Hic Josue filius quidem Nave fuit, successor a

tem Moysis Hebræorum legislatoris, vir fortis, reique militaris peritus. Nam Hiericho munitam alienigenarum urbem expugnavit, Jordanemque fluvium per siccum transivit una cum populo, et arca Dei. Michaelem etiam cœlestis exercitus principem ensem præ manibus tenentem vidit: quo statim cognito, abjectis propriis armis, illius pedibus advolutus: Quid, inquit, imperas servo tuo? Adhæc cum prœlio dimicaret cum alienigenis, solque ad occasum appropinquaret, ipse vero vincendi desiderio teneretur, maximam in Deo spem habens, imperavit soli ut staret: stetitque sol: neque prius occidit, quam hostes fortissime in fugam vertit. Cum igitur exercitui præfuisset, populumque Israeliticum ex eremo recte eductum, in terram promissionis, quæ est Hierosolyma, duxisset, perque annos viginti septem judicasset, mortuus est atque honorifice in eadem terra a populo suo sepultus.

Eodem die

6 *Certamen sanctarum quadraginta virginum, et Ammonis earum magistri.*

Quadraginta harum virginum et martyrum cœtus patriam habuit Adrianopolim Macedoniæ; doctorem autem fidei Ammonem diaconum, a quo ea quæ ad cœlorum regnum pertinent, didicerunt. Ob eam autem causam a præside ejusdem urbis comprehensæ, multa suppliciorum genera perpessæ sunt, quod idola adorare recusarent. Deinde adductæ Berœam, ut sacrificarent, cum ibi Deum orarent, precibus suis effecerunt, ut sublatus in aera sacerdos idolorum concideret, et statim interiret. Post hæc sanctus Ammon suspenditur, et in lateribus scalpitur, nudoque capite cadentem cassidem induere compellitur: et una cum virginibus ad Licinium tyrannum mittitur. qui adversus illos sententiam mortis pronuntiavit. Et decem quidem earum igne consumptæ sunt: octo cum magistro suo decollatæ: decem in ore, et corde gladio transfixæ decesserunt: sex minutatim concisæ: sex denique injecto in os cadanti ferro exstinctæ sunt.

EODEM MENSE.

Die secunda

7 *Certamen sancti magni martyris Mamantis.*

Mamas celeberrimus martyr Aureliano Romanorum Cesare claruit. Cum autem orphanus relictus fuisset, parentibus in carcere ob Christianam fidem exstinctis, a quadam religiosa senatorii ordinis matrona educatus est. Cum vero ad ætatis maturitatem pervenisset, cogereturque ab idolorum cultoribus sacrificare idolis, nulla unquam ratione ad id adduci potuit; sed a divino angelo in montem deportatus, ibi cervæ lacte alebatur, solusque continuis ad Deum precibus vitam traducebat. Post autem aliquanto cum illius fama longe lateque emanaret, iterum comprehensus, a præside Cæsareæ compellitur idola adorare. Id aversatus ille, in

A δοχος δὲ Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου τῶν Ἑβραίων· ἀνὴρ ἀνδρεῖος καὶ στρατηγικος. Καὶ γὰρ τὴν Ἱεριχὼ, πόλιν οὖσαν ἰσχυρὰν τῶν ἀλλοφύλων, παρέλαβε· καὶ τὸν ποταμὸν Ἰορδάνην διὰ ξηρᾶς διεπέρασε μετὰ τοῦ λαοῦ, καὶ τῆς κιβωτοῦ τοῦ Θεοῦ. Καὶ τὸν ἀρχιστράτηγον Μιχαὴλ ἐθεάσατο κρατοῦντα ῥομφαίαν, καὶ γνωρίσας αὐτὸν, ἔῤῥιψε τὰ ἴδια ὅπλα, καὶ ἔπεσεν εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ, εἰπών· Τί προστάσσεις τῷ σῷ οἰκέτῃ; Πολεμῶν δὲ πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ τοῦ ἡλίου πρὸς δύσιν ὄντος, ἔχων ἐπιθυμίαν τοῦ νικῆσαι αὐτοὺς, ἐθάῤῥησεν εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἶπεν· Στήτω ὁ ἥλιος· καὶ εὐθέως ἐστάθη ὁ ἥλιος, καὶ οὐκ ἔδυνεν, ἕως ἔτρεψε τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ κατὰ κράτος. Στρατηγήσας δὲ τοῦ λαοῦ, καὶ διαγαγὼν αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐρήμου καλῶς, καὶ ἀπαγαγὼν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας ἥτις ἐστὶ τὰ ἹεροσόB λυμα, καὶ κρίνας τὸν λαὸν τοῦ Ἰσραὴλ εἴκοσι καὶ ἑπτὰ ἔτη, ἐτελεύτησε. καὶ ἐτάφη ἐντίμως ἐν αὐτῇ τῇ γῇ ὑπὸ τοῦ ἰδίου λαοῦ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων γεσσαράκοντα παρθένων, καὶ Ἀμμὼν τοῦ διδασκάλου αὐτῶν.

Τῶν τεσσαράκοντα τούτων παρθένων καὶ μαρτύρων τὸ πλῆθος ἐγένετο ἀπὸ Ἀδριανουπόλεως τῆς Μακεδονίας. Διδάσκαλον δὲ ἔχουσαι τῆς πίστεως Ἀμμὼν τὸν διάκονον, ἔμαθον ὑπ' αὐτοῦ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν· διὰ τοῦτο καὶ ἐκρατήθησαν παρὰ τοῦ τῆς αὐτῆς πόλεως ἄρχοντος. Καὶ πολλὰ ἐτιμωρήθησαν διὰ τὸ μὴ προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις. Εἶτα ἤχθησαν εἰς Θεροίην, τοῦ θῦσαι. Ἔνθα C προσηύξαντο πρὸς τὸν Θεὸν καὶ ἐκρεμάσθη εἰς τὸν ἀέρα ὁ ἱερεὺς τῶν εἰδώλων, καὶ πεσὼν ἀπέθανε. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐκρεμάσθη ὁ ἅγιος Ἀμμὼν, καὶ ἐξέσθη τὰς πλευράς. Καὶ κασσίδα πεπυρωμένην ἐδέξατο κατὰ καφαλῆς. Εἶτα παρεπέμφθη μετὰ τῶν παρθένων Λικιννίῳ τῷ τυράννῳ. Ὁ δὲ ἔδωκεν ἀπόφασιν κατ' αὐτῶν. Καὶ αἱ μὲν δέκα διὰ πυρὸς ἐτελειώθησαν· αἱ δὲ ὀκτὼ μετὰ τοῦ διδασκάλου αὐτῶν ἀπεκεφαλίσθησαν· καὶ αἱ δέκα ξίφει κατὰ τοῦ στόματος, καὶ τῆς καρδίας δεξάμεναι, ἐτελεύτησαν. Αἱ δὲ ἓξ ὑπὸ μαχαιρῶν κατεκόπησαν. Καὶ αἱ ἓξ σίδηρα πεπυρωμένα κατὰ στόματος λαβοῦσαι, ἀπεθανον.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Β'

D Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Μαμαντος.

Μᾶμας ὁ περιβόητος μάρτυς, ἦν ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ Καίσαρος Ῥωμαίων. Ὀρφανὸς δὲ καταλειφθεὶς, τῶν γονέων αὐτοῦ τελευτησάντων ἐν φυλακῇ, διὰ τὸν Χριστὸν, ἀνετράφη παρά ματρώνας τινὸς εὐσεβοῦς συγκλητικῆς. Γενόμενος δὲ τῆς ἐννόμου ἡλικίας, ἠναγκάζετο θύειν τοῖς εἰδώλοις παρὰ τῶν εἰδωλολατρῶν. Μὴ πεισθεὶς δὲ, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ θείου ἀγγέλου ἀναβιβασθεὶς ἐν τῷ ὄρει, τὰς ἐλάφους ἀμέλγων διετρεφετο. Καὶ μόνος τῷ Θεῷ προσευχόμενος διετέλει. Εἶτα πάλιν κρατηθεὶς (πολλὴ γὰρ ἐγένετο ἡ περὶ αὐτὸν φήμη), ἠναγκάσθη ὑπὸ τοῦ τῆς Καισαρείας ἄρχοντος προσκυνῆσαι τοῖς εἰδώλοις. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἐπείση, εἰς πῦρ βληθεὶς καὶ ἐξελθὼν ἀβλαβὴς, καὶ

θηριομαχήσας, καὶ μηδὲν ἀδικηθείς, τέλος κοντα- A ignem conjicitur : atque inde egressus illæsus, ad
ρίῳ πληγεὶς, καὶ βαστάζων τὰ ἔντερα αὐτοῦ ταῖς bestias damnatur : a quibus cum nullam noxam
ἰδίαις χερσὶν (ἐξιχύθησαν γὰρ ὑπὸ τῆς πληγῆς ἐκ accepisset, tandem hastili transverberatur, et vis-
τῆς κοιλίας αὐτοῦ), ἐξῆλθε τῆς πόλεως Καισαρείας· cera ejus in terram ob gravissimum vulnus effun-
καὶ μετὰ εὐχαριστίας παρέδωκε Κυρίῳ τῷ Θεῷ τὴν duntur : quæ ipse propriis manibus præferens, ex
ἁγίαν καὶ μακαρίαν αὐτοῦ ψυχήν. Καὶ ἐτάφη ἐν τῇ urbe Cæsarea egreditur, et cum gratiarum actione
αὐτῇ πόλει. sanctam beatam animam suam Domino Deo
tradidit, et in eadem urbe sepultus est.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Νηστευτοῦ.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἰωάννης ὁ ἐπικληθεὶς Νηστευτὴς ἐγεννήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει. Ὑπῆρχε δὲ ἐπὶ Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου καὶ Μαυρικίου τῶν βασιλέων. Χαράκτης δὲ ὢν τὴν τέχνην, διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ ἀρετὴν, πατριάρχης γέγονε τῆς αὐτῆς μεγαλοπόλεως· ἐγένετο δὲ φιλόπτωχος, καὶ ἐλεήμων, καὶ συμπαθής. Ἀλλὰ καὶ πολλὰ θαύματα ἐποίησε· καὶ γὰρ διὰ προσευχῆς βαρβαρικὸν λαὸν ἐκ τῆς Μακεδονίας ἀπεδίωξε, καὶ μεγάλου θανάτου τὴν πόλιν ἐρρύσατο, καὶ πολλοὺς νοσοῦντας ἐθεράπευσε, καὶ δαιμονιῶντας ἰάσατο, καὶ λόγους ψυχωφελεῖς, ὡς ὁ μέγας Χρυσόστομος Ἰωάννης, συνεγράψατο, Ποιμένας δὲ τὸν λαὸν αὐτοῦ ὁσίως καὶ φιλοθέως, καὶ τὴν ἱερὰν Ἐκκλησίαν καλῶς διακυβερνήσας ἐπὶ ἔτη δέκα καὶ τρία καὶ μῆνας πέντε, καὶ εἰς βαθὺ γῆρας ἐλθὼν, ἐν εἰρήνῃ τὴν μακαρίαν καὶ ἁγίαν αὐτοῦ ψυχὴν παρέδωκε τῷ Κυρίῳ, ἐτάφη, ὑπόδειγμα ἀπολιπὼν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸν ἔνάρετον αὐτοῦ βίον, καὶ τὰ λοιπὰ κατορθώματα.

Eodem die.

S *Memoria sancti Patris nostri Joannis patriarchæ Constantinopolitani, cognomento Jejunatoris.*

Sanctus Pater noster Joannes cognomento Jejunator natus est Constantinopoli : vixit autem temporibus Justini, Tiberii, et Mauricii imperatorum. Hic primum quidem statuariam artem exercuit : deinde ob multas et egregias ipsius virtutes patriarcha ejusdem magnæ urbis renuntiatus est. Fuit autem pauperum amator, misericors, et miserator : sed et multa miracula patravit. Nam precibus suis barbaras gentes ex Macedonia fugavit, urbemque gravissima peste liberavit, et multos infirmos curavit, obsessosque a dæmonibus sanavit. Orationes denique animæ utilissimas, instar magni Joannis Chrysostomi, conscripsit. Cum vero populum suum sancte pieque rexisset, sacramque Ecclesiam annis tredecim, mensibus quinque optime gubernasset, atque ad summam senectutem pervenisset, in pace beatam sanctamque animam suam Domino tradidit, et sepultus fuit ; ornatam virtutibus vitam suam, et reliqua a se præclare gesta in exemplum cunctis relinquens.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
Γ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ἀνθίμου, ἐπισκόπου Νικομηδείας.

Ἄνθιμος ὁ ἱερομάρτυς ἦν μὲν ἐπίσκοπος Νικομηδείας ἐπὶ τῶν χρόνων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ· διὰ δὲ τὸν διωγμὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν κρυπτόμενος ἐν τῷ ὄρει, καταμηνύεται τῷ Μαξιμιανῷ. Καὶ κρατηθεὶς, πρῶτα μὲν λίθοις τὸν αὐχένα συντρίβεται. Ἔπειτα δὲ σιδήροις πεπυρακτωμένοις τοὺς ἀστραγάλους διατρυπᾶται. Εἶτα πάλιν εἰς ὄστρακα ὀξέα τίθεται, ῥάβδοις τυπτόμενος ἀκανθίνοις, καὶ ὑποδήματα σιδηρᾶ πυρακτωθέντα περιβάλλεται μέχρι τῶν μηρῶν. Καὶ μετὰ τοῦτο δεσμεῖται ἐπὶ τροχοῦ, καὶ ὑπὸ λαμπάδων καίεται, Οὕτω δὲ πικρῶς βασανιζομένου τοῦ ἁγίου, ἐπῆλθον ἄγγελοι θεῖοι, αὐτῷ μὲν τὰς κολάσεις καὶ τὰς βασάνους εὐκόλως ποιοῦντες, τοὺς δὲ δημίους τοὺς τιμωροῦντας αὐτὸν ἀοράτως τύπτοντες. Καὶ λοιπὸν ἀποφάσει τοῦ Μαξιμιανοῦ τέμνεται τὴν κεφαλὴν μαχαίρᾳ. Ἧτις κεῖται μὲν ἐν Νικομηδείᾳ, θαυματουργεῖ δὲ ἄλλοτε πολλὰ, καὶ δὴ καὶ τῶν τριχῶν παράδοξον ἔκφυσιν.

EODEM MENSE.

Die tertia.

9 *Certamen sacrosancti martyris Anthimi, episcopi Nicomediæ.*

Anthimus sacer martyr fuit Nicomediæ episcopus temporibus Diocletiani et Maximiani. Propter motam autem in Christianos persecutionem cum se in montis cujusdam latebras abdidisset, Maximiano proditus, ejusque jussu comprehensus, primum quidem saxis in cervice contunditur : deinde candenti ferro ejus tali perforantur : postea super acutis testulis impositus, virgis spineis cæditur. Ad hæc calceamentis ferreis candentibus usque ad femora induitur : mox rotæ alligatus, facibus aduritur. Sed cum ita immaniter sanctus vir torqueretur, supervenerunt divini angeli, qui sicut ei supplicia cruciatusque leniebant, ita lictores, qui ipsum excruciabant, invisibiliter cædebant. Tandem Maximiani sententia caput ei gladio amputatum fuit, quod in urbe Nicomedia positum, cum multa alia miracula facit, cum capillos subinde nascentes admirabiliter emittit.

Τοῦ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας παρθένου καὶ μάρτυρος Βασιλίσσης.

Βασίλισσα ἡ μάρτυς ἦν μὲν ἐπὶ τῶν Χρόνων

Eodem die.

10 *Certamen sanctæ virginis et martyris Basilissæ*

Basilissa martyr fuit temporibus Diocletiani

autem prope urbem Nicomediam domicilium haberet, nonumque ætatis suæ annum ageret, tanquam Christiana delata, Alexandro præsidi sistitur: et Christum confidenti animo professa, primum quidem colaphis cæditur; deinde nudata, virgis percutitur, talisque perforatur. Mox inverso capite in ligno suspensa, catenis constricta, picis, sulphuris, ac plumbi fumo torquetur. Post hæc in ignem conjecta, duobusque leonibus objecta, cum nullam noxam passa fuisset, præsidi persuasit, ut in Christum crederet. Et ille quidem vitam recte traducens, in pace decessit. At hæc egressa ex urbe, cum sitiret, oravit, et manantibus e terra aquis sitim depulit. Deinde stans supra petram, et orans, finem vivendi fecit: ibique sepulta, omnibus fidelibus per aquas e terra erumpentes singulis diebus curationes admirabiliter præstat.

A Διοκλητιανοῦ· εἶχε δὲ τὴν οἴκησιν πλησίον τῆς πόλεως Νικουμηδείας, ἐννέα ἐτῶν ὑπάρχουσα. Διαβληθεῖσα δὲ ὡς Χριστιανὴ, παρέστη Ἀλεξάνδρῳ τῷ ἄρχοντι. Καὶ μετὰ παῤῥησίας ὁμολογήσασα τὸν Χριστὸν, πρῶτα μὲν τύπτεται κατὰ τοῦ προσώπου, καὶ γυμνωθεῖσα ῥαβδίζεται. Εἶτα τρυπᾶται τοὺς ἀστραγάλους. Καὶ κρεμασθεῖσα κατὰ κεφαλῆς ἐπὶ ξύλου, δεδεμένη ἁλύσεσι, μετὰ πίσσης, καὶ τεφρίου, καὶ μολύβδου καπνίζεται. Καὶ μετὰ τοῦτο ἐμβληθεῖσα εἰς πῦρ, καὶ δυσὶ λεουσι παραδοθεῖσα, καὶ διαμείνασα ἀβλαβὴς, ἔπεισε τὸν ἄρχοντα πιστεῦσαι εἰς τὸν Χριστόν. Καὶ αὐτὸς μὲν καλῶς βιώσας ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη. Αὐτὴ δὲ ἐξελθοῦσα τῆς πόλεως, καὶ δίψήσασα, ηὔξατο. Καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἔπιεν. Εἶτα στᾶσα ἐπάνω πετρας, B καὶ εὐξαμένη ἐτελεύτησεν. Ἔνθα δὴ καὶ ἐτάφη, ῥάματα πᾶσι τοῖς πιστοῖς καθεκάστην, διὰ τῶν ἐκ τῆς γῆς ἀναβλυσάντων ὑδάτων, παραδόξως παρέχουσα.

Eodem die.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

11 *Certamen sacrosancti martyris Aristionis, episcopi Alexandriæ.*

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἀριστίωνος, ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας.

111 *Commemoratio sancti apostoli Philippi, de quo fit mentio in Actibus sanctorum apostolorum.*

Philippus, Christi apostolus ex septem diaconorum numero, cum in urbe Joppe Christum prædicaret, jussus est a Spiritu sancto Gazam petere: quo in itinere obviam factus Candaci eunucho, reginæ Æthiopum præfecto, quadrigæ insidenti, prophetamque Isaiam legenti, accedens propius, quæsivit, num quæ legeret intelligeret. Cui ille: Qui possum, inquit, assequi sine duce et sine interprete? Elatusque in currum Philippus, illo quem eunuchus legebat, loco exposito, fide Christi eum instituit. Cumque ad aquam venissent, ait Philippo eunuchus: Edce aqua; quid prohibet me baptizari? Desiliens itaque ex curru, baptizatus est, neque amplius vidit Philippum: raptus enim fuit: sed reliquum iter lætus conficere perrexit. Philippus vero, Thrallis in Asia episcopus factus, vivere desiit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Φιλίππου, τοῦ ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων.

Φίλιππος ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος ὑπῆρχε μὲν εἷς τῶν ἑπτὰ διακόνων. Ὢν δὲ ἐν τῇ πόλει Ἰόππῃ κηρύττων τὸν Χριστόν. Τῇ δὲ παρακελεύσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος, πορευόμενος ἀπὸ τῆς Ἰόππης πρὸς Γάζῃν τὴν πόλιν, συνήντησε τῷ τῆς βασιλίσσης τῶν Αἰθιόπων δυνάστῃ, εὐνούχῳ μὲν ὑπάρχοντι, Κανδάκῃ δὲ λεγομένῳ, ἐπὶ ἅρματος ἵππων κατεζομένῳ, καὶ ἀναγινώσκοντι τὸν προφήτην Ἡσαΐαν· καὶ προσελθὼν ἠρώτησεν αὐτόν· « Ἆρα γινώσκεις, ἃ ἀναγινώσκεις; Ὁ δὲ εἶπε· Πῶς ἂν δυναίμην, ἐὰν μή τις ὁδηγήσῃ με; » Καὶ εὐθέως ἀνεβίβασεν αὐτὸν ἐπὶ τοῦ ἅρματος, καὶ διηρμήνευσεν αὐτῷ ἅπερ ἀνεγίνωσκε, καὶ ὡδήγησεν αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ πίστιν. Καὶ εὑρόντες ὕδωρ, λέγει ὁ εὐνοῦχος τῷ Φιλίππῳ· « Ἰδοὺ ὕδωρ, τί κωλύει με βαπτισθῆναι; » Καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ ἅρματος ἐβαπτίσθη. Τὸν δὲ Φίλιππον οὐκ ἔτι εἶδεν· ἡρπάγη γὰρ· ἀλλ' ἐπορεύετο τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων. Μετὰ ταῦτα ὁ Φίλιππος ἐν Θράλλῃ τῆς Ἀσίας ἐπίσκοπος γενόμενος, ἐτελειώθη.

EODEM MENSE.

Die duodecima

112 *Commemoratio sanctæ septimæ synodi trecentorum sexaginta septem sanctorum Patrum.*

Sancta optima œcumenica synodus Nicæa secundo habita est Constantino et Irene ejus matre imperantibus, et Tarasio sanctissimo ac divino Patre nostro patriarcha Constantinopolitano. Cum autem sancti Patres numero trecenti sexaginta septem, jussu imperatoris, adversus Iconomachos convenissent, conscripto anathemate, quo omnes hæreses et hæresiarchas, simulque Iconomachos damnarunt, omnes uno ore conclamavere: Quisquis sacras imagines non colit, alienus est ab orthodoxorum fide: honor autem, qui imagini habetur, in prototypon, ut ait magnus Basilius, recidit: qui adorat et honorat imaginem, adorat in ea et honorat ejus, quem imago refert, hypostasim. Quæ cum decrevissent, orthodoxamque fidem scri-

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΒ'

Ἡ ἀνάμνησις τῆς ἁγίας ἑβδόμης συνόδου τῶν τῆς ἁγίων Πατέρων.

Ἡ ἁγία ἑβδόμη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἐγένετο ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον, ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς αὐτοῦ μητέρος· ὑπάρχοντος πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Ταρασίου, τοῦ ἁγιωτάτου, καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν. Ὄντες δὲ οἱ ἅγιοι Πατέρες τὸν ἀριθμὸν τριακόσιοι ἑξηκοντατρία, συνῆλθον κελεύσει τοῦ βασιλέως κατὰ τῶν Εἰκονομάχων. Καὶ ἀνεθεμάτισαν ἐγγράφως πᾶσαν αἵρεσιν, καὶ τοὺς τῶν αἱρέσεων ἀρχηγούς· εἶτα καὶ τοὺς Εἰκονομάχους· ἅπαντας· πάντες ὁμοφρόνως εἶπόντες· ὅτι Ὁ τὰς ἁγίας εἰκόνας μὴ προσκυνῶν, ἀλλότριός ἐστι τῆς τῶν ὀρθοδόξων πίστεως· καὶ ὅτι ἡ εἰκόνος τιμὴ, ὡς ὁ μέγας ἔφησε Βασίλειος, ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, Ὁ γὰρ προσκυνῶν τὴν εἰκόνα καὶ τιμῶν, προκυνεῖ ἐν αὐτῇ καὶ τιμᾷ τοῦ

ἐγγραφομένου τὴν ὑπόστασιν. Καὶ οὕτω διαταξάμενοι, καὶ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐγγράφως βεβαιώσαντες, καὶ παρὰ τοῦ βασιλέως τιμηθέντες, ἕκαστος εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπισκοπὴν ἀπελύθη.

pto firmassent, atque honorifice accepti ab imperatore essent, in suum quisque episcopatum sese recepit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Πρόβου, Ταράχου, καὶ Ἀνδρονίκου

Οἱ τρεῖς πολύαθλοι μάρτυρες, Πρόβος, Τάραχος, καὶ Ἀνδρόνικος, ὑπῆρχον μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ. Χριστιανοὶ δὲ ὄντες, καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦντες, ἐκρατήθησαν παρὰ τοῦ τῆς Κιλικίας ἄρχοντος. Καὶ πρῶτος μὲν συντριβεὶς τὸ πρόσωπον ὁ Τάραχος, ἀπεκλείσθη εἰς φυλακήν. Δεύτερος δὲ τυφθεὶς ὁ Πρόβος, καὶ σιδηροδεθεὶς παρεδόθη καὶ αὐτὸς τῇ φυλακῇ. Καὶ τρίτος ὁ ἅγιος Ἀνδρόνικος τυφθεὶς, καὶ τοὺς μηροὺς ξίφει χαραχθεὶς, καὶ τὰς πλευρὰς ξεσθεὶς, καὶ μετὰ τοῦ ἅλατος ἀνατριβεὶς ἐνεβλήθη μετὰ τῶν λοιπῶν εἰς τὴν αὐτὴν φυλακήν. Εἶτα ἀπὸ Κιλικίας δεθέντες ἦχθησαν εἰς Μοψουεστίαν. Καὶ μὴ πεισθέντες ἀρνήσασθαι τὸν Χριστὸν, πάλιν ἐβασανίσθησαν. Ὁ μὲν Τάραχος τὸ στόμα συνθλασθεὶς, καὶ τὴν κεφαλὴν ξυρισθείς. Ὁ δὲ Ἀνδρόνικος τὴν γαστέρα ῥάβδοις τυφθείς. Ὁ δὲ Πρόβος μετὰ σουβλίων πεπυρωμένων τὰς μασχάλας, καὶ τὰ ψόα κατακαείς. Καὶ πλείονας τούτων βασάνους ὑπομείναντες, ὕστερον ἀπεκεφαλίσθησαν.

Eodem die

113 *Certamen sanctorum martyrum Probi, Tarachi, et Andronici.*

Probus, Tarachus et Andronicus, tres pluribus insignes certaminibus martyres, Diocletiano imperatore, quod Christiani essent, Christumque profiterentur, comprehensi a Ciliciæ præfecto, primus quidem Tarachus colaphis contusus in carcerem conjicitur. Deinde Probus virgis cæsus, ferreisque catenis constrictus, custodiæ traditur. Tertio sanctus Andronicus cum vapulasset, ejusque femora gladio lancinata essent, et latera excarnificata, sale aspersus, in eumdem cum reliquis carcerem includitur. Post hæc a Cilicia Mopsuestiam ducti, cum a Christi confessione dimoveri non possent, rursus excruciati, Tarachus quidem ore contuso, et capite abraso; Andronicus autem cæso scipionibus ventre; Probus vero ustulatis candentibus subulis axillis lumbisque; multis demum aliis cruciatibus omnes vexati, capite plectuntur.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀναστασίας τῆς παρθένου.

Ἡ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Ἀναστασία, ὑπῆρχε μὲν ἐπὶ τῆς βασιλείας Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ, ἐκ τῆς πόλεως Ῥώμης. Ἦν δὲ μονάζουσα, μετὰ καὶ ἑτέρων παρθένων, ἐν μοναστηρίῳ τινί. Διεβλήθη οὖν τῷ ἄρχοντι. Ὁ δὲ ἀποστείλας, ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν μετὰ κλοιοῦ σιδηροῦ· καὶ σταθεῖσα ἔμπροσθεν τοῦ ἄρχοντος, καὶ ἐρωτηθεῖσα, ὡμολόγησε τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τύπτεται εἰς τὸ πρόσωπον· καὶ γυμνοῦται· καὶ ὑπὸ πυρὸς κατακαίεται· ἐπιβραινομένων ἐπάνω αὐτῆς πίσσης καὶ ἐλαίου καὶ θειαφίου. Εἶτα κρεμᾶται ἐν τῷ ξύλῳ. Καὶ στρεφομένου τοῦ στυρακίου, ἔτριζον τὰ ὀστᾶ αὐτῆς. Εἶτα ἀποτέμνεται τοὺς δύο αὐτῆς μαστοὺς, καὶ τοὺς ὄνυχας ἀνασπᾶται. Καὶ μετὰ ταῦτα κόπτεται τὰς δύο χεῖρας. Εἶτα τοὺς δύο πόδας· καὶ ἐκριζοῦται τοὺς ὀδόντας· καὶ ἑτέρας τιμωρίας πολλὰς ὑπομείνασα, τελευταῖον τὸ διὰ ξίφους δέχεται τέλος. Καὶ οὕτως παρέδωκε τὸ πνεῦμα αὐτῆς τῷ Κυρίῳ.

Eodem die

114 *Certamen sanctæ martyris Anastasiæ virginis.*

Anastasia Christi martyr, Decio et Valeriano imperatoribus, ex urbe Roma fuit, monasticam vitam cum aliis virginibus in quodam monasterio agens. Quare ad præfectum delata, ejus jussu collari ferreo constricta ad ipsum adducitur: ad cujus conspectum cum stetisset, quod interrogata, Christi nomen confessa esset, colaphis cæditur: tum nudata, subjecto igne amburitur, liquata pice, oleo ac sulphure superinfusis. Mox in equuleum sublatæ ossa omnia, converso hastili, confringuntur. Post hæc ambæ mamillæ ei abscinduntur, ungues extrahuntur, utraque manus amputatur, ac dentes evelluntur. Tandem post multos alios cruciatus, gladio finem accepit: atque ita spiritum suum Domino tradidit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ.

Ἄθλησις τῆς ἁγίας μάρτυρος Δομνίνης.

Ἡ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Δομνῖνα ὑπῆρχεν ἐπὶ Διοκλητιανοῦ Βασιλέως ἐκ τῆς Ἀναζάρβου πόλεως· ἐκρατήθη δὲ, ὡς Χριστιανὴ, παρὰ δημείων Ἑλλήνων. Καὶ παρέστη τῷ κριτηρίῳ Λυσίου τοῦ δουκος. Καὶ ὁμολογήσασα μετὰ παῤῥησίας ἐνώπιον πάντων τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεὸν ἀληθινὸν αὐτὸν εἰποῦσα, καὶ Ποιητὴν τοῦ παντὸς τοὺς δὲ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς ψευδεῖς ἀποδείξασα, καὶ λίθους καὶ ξύλα, καὶ σαθρὰν ὕλην· τύπτεται

Eodem die

115 *Certamen sanctæ martyris Domninæ.*

Domnina Christi martyr, Diocletiano imperatore, in urbe Anazarbo nata, quod Christiana esset, a lictoribus Græcis comprehensa, sistitur Lysiæ ducis tribunali. Cumque Domini nostri Jesu Christi nomen libere coram omnibus profiteretur, illum affirmans verum Deum esse, universique Conditorem, falsos autem Græcorum deos, lapides esse ostendens, et ligna, et putrem materiam, crudelissime cæditur, pedesque illius candentibus subulis aduruntur:

decima in carcerem [illegible] Sed horum quæ-
stioni [illegible] verberatur :
sed haec [illegible] includitur : in
[illegible] Deus faceret, pro quo
[illegible] beatum spiritum reddi-
[illegible] quæ honorifice sepulcro illatæ
[illegible]

EODEM MENSE.

Die decima tertia

116 *Certamen sanctorum martyrum Carpi, Papyli, et sanctarum Agathodori et Agathonicæ.*

Sancti martyres Carpus et Papylus Decio imperatore floruerunt. Et sanctus quidem Carpus episcopus Thyatirorum fuit ; Papylus autem diaconus. Comprehensi autem ab Asiæ præfecto, interrogatique, Christi Domini nomen in conspectu omnium confessi sunt : jussique idolis immolare, imperata facere recusarunt. Quare alligatos ad equos, usque ad Sardes urbem præ se egit, et raptavit præfectus, inde in equuleum actos excarnificari mandavit. Agathodorus autem sanctorum servus, illos prosecutus, tandiu torquetur, donec expiravit. Porro Carpus cum in equuleo subrideret, rogatus a præfecto, cujus causa id faceret, respondit, se exhilaratum esse, quod gloriam Dei vidisset. Igitur de equuleo depositi, in ignem conjiciuntur. Agathonica autem Papyli soror, quæ tum aderat, in rogum ardentem sua sponte gaudens insilit : et ambo animas Domino tradidere.

Eodem die

117 *Certamen sancti martyris Florentii.*

Florentius martyr ex urbe Thessalonica fuit. Cum autem Christianus esset, honestique studiosissimus, probra et convicia maxime omnium in Græcorum deos jactabat, vanamque eorum superstitionem anathematizabat ; veram autem Christi fidem omnes edocebat, Christianosque confirmabat et cohortabatur ad explendam Dei voluntatem. Cujus rei causa comprehensus a regionis præfecto, interrogatusque, in illius conspectu confessus est, Dominum nostrum Jesum Christum esse solum Deum ; Græcorum vero deos, ligna esse, lapides, aurum, argentum, æs et ferrum, idola animæ sensusque expertia. Quæ cum dixisset, concitato in iram præfecto, variis tormentis excruciatur. Deinde in equuleum elatus scalpitur. Demum in ardentissimum rogum injectus, omnes ob gratias Deo agens, finem lætus accepit.

EODEM MENSE.

Die decima quarta

118 *Certamen sanctorum martyrum Nazarii, Gervasii, Protasii et Celsi.*

Hi sancti Romæ claruerunt, Nerone imperante.

ἀνηλεῶς, καὶ μετὰ σουβλίων πεπυρωμένων [illegible] πόδας διακαίεται. Εἶτα εἰς φυλακὴν ἐμβάλλ[illegible] Στᾶσα δὲ πάλιν εἰς δευτέραν ἐξέτασιν, τύπτ[illegible] μετὰ ῥαβδίων ἰσχυρῶς· καὶ ἐξαρθροῦται διὰ π[illegible] λάβων τὰ ἄρθρα τῶν μελῶν. Καὶ πάλιν βίπτ[illegible] εἰς φυλακήν. Καὶ ἐν αὐτῇ οὖσα, εὐχαριστοῦσα, [illegible] προσευχομένη, παρέθετο τῷ Θεῷ, ὑπὲρ οὗ [illegible] ἐμαρτύρησε, τὴν μακαρίαν αὐτῆς ψυχήν. Τὸ [illegible] λείψανον αὐτῆς ἐτάφη ἐντίμως.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΓ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων, Κάρπου, Πα[illegible] λου, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς Ἀγαθοδώρου [illegible] Ἀγαθονίκης.

Οἱ ἅγιοι μάρτυρες Κάρπος καὶ Πάπυλος ὑπὸ [illegible] ἐπὶ Δεκίου τοῦ βασιλέως. Καὶ ὁ μὲν ἅγιος Κάρ[illegible] ἐπίσκοπος ἦν Θυατείρων· ὁ δὲ Πάπυλος διάκ[illegible] Κρατηθέντες οὖν παρὰ τοῦ ἄρχοντος τῆς Ἀσίας [illegible] ἐρωτηθέντες, ὡμολόγησαν ἐνώπιον πάντων τὸ ὄν[illegible] τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ. Καὶ καταναγκασθέντες θύ[illegible] τοῖς εἰδώλοις, καὶ μὴ πεισθέντες, προσεδέθη[illegible] ἵπποις, καὶ περιεπάτουν ἔμπροσθεν τοῦ ἄρχοντ[illegible] συρόμενοι πρὸς τὰς Σάρδεις, κἀκεῖ κρεμασθῆ[illegible] ἐπὶ ξύλων ἐξέοντο. Ὁ δὲ Ἀγαθόδωρος, δοῦλ[illegible] τῶν ἁγίων, καὶ ἀκολουθῶν αὐτοῖς, βασανισθεὶς [illegible] λειώθη. Κρεμώμενος δὲ ὁ ἅγιος Κάρπος, ἐπε[illegible] καὶ εἰπόντος τοῦ ἄρχοντος· Τίνος χάριν ἐγέλασ[illegible] Κάρπε· ἀπεκρίθη· Εἶδον τὴν δόξαν τοῦ θεο[illegible] ἐχάρην. Καταδιβασθέντες δὲ ἀπὸ τῶν ξύλων, [illegible] εβλήθησαν εἰς τὸ πῦρ. Καὶ παροῦσα ἡ ἀδελφὴ [illegible] Παπύλου Ἀγαθονίκη, εἰσῆλθε χαίρουσα ἀφ' ἑαυ[illegible] εἰς τὴν κάμινον· καὶ παρέδωκαν ἀμφότεροι τὰς ψυχ[illegible] τῷ Κυρίῳ.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Φλωρεντίου.

Ὁ μάρτυς Φλωρέντιος ὑπῆρχεν ἐκ τῆς πόλε[illegible] Θεσσαλονίκης· Χριστιανὸς δὲ ὤν, καὶ ζηλωτὴς [illegible] καλοῦ, ὕβριζε καὶ διέβαλλεν ἐπὶ πάντων τοὺς θε[illegible] τῶν Ἑλλήνων, καὶ τὴν θρησκείαν αὐτῶν ἀνεθεμ[illegible] τιζεν, ἐδίδασκε δὲ πάντας τὴν ἀληθινὴν πίστιν τ[illegible] Χριστοῦ· καὶ ἐστήριζε τοὺς Χριστιανοὺς, καὶ πα[illegible] εκάλει, πρὸς τὸ ποιεῖν τὰ θελήματα τοῦ Θεοῦ. Ὡς [illegible] δὲ ποιῶν, ἐκρατήθη παρὰ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντ[illegible] Καὶ ἐρωτηθεὶς, ὡμολόγησεν ἐνώπιον αὐτοῦ τὸν Κ[illegible] ριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἶναι μόνον Θεόν· τ[illegible] δὲ τῶν Ἑλλήνων θεοὺς ξύλα ὑπάρχειν, καὶ λίθο[illegible] καὶ χρυσὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ χαλκὸν, καὶ σίδη[illegible] εἴδωλα ἄψυχα καὶ ἀναίσθητα. Καὶ ταῦτα εἰπ[illegible] καὶ εἰς ὀργὴν κινήσας τὸν ἄρχοντα, τιμωρεῖται ὑπ[illegible] φόρως. Εἶτα κρεμᾶται ἐπὶ ξύλου, καὶ ξέεται. Κ[illegible] πυρᾶς ἀναφθείσης μεγάλης, ἐμβάλλεται εἰς αὐ[illegible] χαίρων. Καὶ ἐν αὐτῇ προσευχόμενος, καὶ εὐχαριστ[illegible] τῷ Θεῷ ἐτελειώθη.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΔ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Ναζαρίου, Γερβασίο[illegible] Προτασίου, καὶ Κελσίου

Οὗτοι οἱ ἅγιοι ὑπῆρχον ἐπὶ Νέρωνος τοῦ βα[illegible]

λέως ἐν τῇ Ῥώμῃ· ἦν δὲ ὁ Ναζάριος υἱὸς Ἀφρικανοῦ καὶ Περπετούας, τῶν βαπτισθέντων παρὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου. Αὐτὸς δὲ βαπτισθεὶς ὑπὸ Λίνου πατριάρχου Ῥώμης. Καὶ ὑπάρξαντος χρόνων εἴκοσι, ἀπῆλθεν εἰς τὰς πόλεις Ἰταλίας, καὶ ἐκήρυσσε τὸν Χριστόν. Εἶτα ἦλθεν ἐς πόλιν τινά, ἔνθα κατέλαβε Γερβάσιον, καὶ Γερβάσιον ὄντας εἰς τὴν φυλακήν, διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν, ὑπὸ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος. Τυφθεὶς δὲ, καὶ τῆς πόλεως ἐκδιωχθείς, ἀπῆλθεν εἰς ἑτέραν πόλιν, καὶ προσλαμβάνει Κέλσιον τριῶν χρόνων ὄντα. Εἶτα τὴν πόλιν Μεδιολάνων καταλαβὼν, εὑρίσκει πάλιν ἐν τῇ φυλακῇ τοὺς ἁγίους Γερβάσιον καὶ Προτάσιον. Καὶ κρατηθεὶς, παραπέμπεται ἐν Ῥώμῃ παρὰ τοῦ ἄρχοντος. Καὶ πάλιν εἰς Μεδιώλανα ὑποστρέψας, τέμνεται τὴν κεφαλὴν, ἅμα τοῖς λοιποῖς ἁγίοις, καὶ τῷ παιδίῳ Κελσίῳ, ὑπάρχοντι χρόνων ἐννέα καὶ μηνῶν ἑπτά.

A Fuit autem Nazarius Africani et Perpetuæ filius, qui a sancto Petro baptizati sunt : ipse vero a Lino patriarcha Romano baptizatus, cum annum vicesimum ageret, urbes Italiæ peragrabat, Christum prædicans. Mox in civitatem quamdam profectus, reperit Gervasium et Protasium in vincula ob Christi fidem a regionis præfecto conjectos. Cæsus igitur, atque ab urbe expulsus, in aliam concessit; adjunctoque sibi Celso trium annorum puero, Mediolanum abiit, ubi iterum sanctos Gervasium et Protasium in carcere invenit: retentusque, Romam a præfecto mittitur. Verum Mediolanum regressus, capite plectitur una cum reliquis sanctis, et puero Celso annum tunc nonum et mensem septimum agente.

B

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΕ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λουκιανοῦ.

Λουκιανὸς ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς Συρίας, ἐπὶ τῆς βασιλείας Διοκλητιανοῦ. Μετὰ δὲ θάνατον τῶν γονέων, δοὺς τὰ ὑπάρχοντα αὐτῷ πτωχοῖς, προσεῖχε τῇ ἀναγνώσει τῶν θείων Γραφῶν. Καὶ πολλοὺς τῶν Ἑλλήνων ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν Κύριον. Καταλιπὼν δὲ τὴν Ἀντιόχειαν, κατέλαβε τὴν Νικομήδειαν, ἔνθα ὁ Διοκλητιανὸς τοὺς Χριστιανοὺς ἐφόνευεν. Καὶ ἐπεὶ πολλοὺς εὗρε διὰ φόβον τὸν Χριστιανισμὸν βουλομένους ἀρνήσασθαι, θαρσοποιήσας, ἔπεισε μαρτυρῆσαι. Τοσοῦτον δὲ γέγονε δι' ἀρετῆς θεῷ ὅμοιος, ὥστε τὴν πόλιν περιέρχεσθαι, καὶ παρ' ὧν μὲν θέλειν, βλέπεσθαι, παρ' ὧν δὲ μὴ θέλειν, μὴ ὁρᾶσθαι. Περὶ τούτου μαθὼν ὁ Διοκλητιανὸς, καὶ φοβηθεὶς εἰς πρόσωπον αὐτὸν ἀγαγεῖν, μήποτε παρ' αὐτοῦ ἐλεγχθῇ, κρεμάσας βῆλον συνέτυχεν αὐτῷ, καὶ ἰδὼν τὸ τῆς γνωμης αὐτοῦ ἀμετάθετον, καταδικάζει αὐτὸν λιμοκτονηθῆναι· ἐπὶ πολλὰς δὲ τὰς ἡμέρας μὴ μεταλαβὼν τροφῆς, ἐν τῇ φυλακῇ ἐτελειώθη. Καὶ ἐρρίφη ἐν τῇ θαλάσσῃ.

C

EODEM MENSE.
Die decima quinta

119 *Certamen sancti martyris Luciani.*

Lucianus martyr Antiochiæ Syriæ natus, imperatore Diocletiano, mortuis parentibus, distributis in pauperes facultatibus suis, divinarum Scripturarum lectioni totum se dedit, multosque Græcorum ad Dominum convertit. Relicta autem Antiochia Nicomediam petiit, ubi Diocletiano per cædes in Christianos debacchante, plurimos, quos metu tormentorum adactos defectionem a Christiana fide moliri deprehendit, confirmavit, persuasitque eis, ut martyrium subirent. Adeo autem ob virtutes suas Deo similis effectus est, ut cum urbem obiret, a quibus vellet conspiceretur, a quibus vero nollet, nequaquam videretur. Qua re comperta, Diocletianus veritus, ne si illum ad se acciret, ab eo objurgaretur, sumpto velo convenit Lucianum : cujus animum cum nullis artibus a sententia dimovere potuisset, inedia eum confici jussit. Igitur cum nullum per multos dies cibum degustasset, in carcere decessit, ac in mare projectus fuit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σαβίνου τοῦ ἐπισκόπου.

Ὁ Μακάριος Σαβῖνος, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν αὐτοῦ ἀρετὴν καὶ κατάστασιν, ἐγένετο πρότερον ἐπίσκοπος. Εἶτα, τοὺς θορύβους τοῦ κόσμου καταλιπὼν, διὰ τὸ τῆς ἡσυχίας καλὸν, ἐμάκρυνε φυγαδεύων ἐν ταῖς ἐρήμοις· καὶ τοσοῦτον ἠγωνίσατο πρὸς ἀρετὴν, νηστείαις, καὶ ἀγρυπνίαις, καὶ ἀσκήσεσιν ἑαυτὸν ἐπιδοὺς, ὡς καὶ θαυμάτων ἀξιωθῆναι πολλῶν· νόσους ἀπελαύνειν, λεπροὺς καθαρίζειν, δαίμονας διώκειν, καὶ προλέγειν τὰ μέλλοντα. Πολλοὺς δὲ ὠφελήσας, καὶ πρὸς ἀρετὴν ἐπιδοῦναι ποιήσας, διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ· καὶ γὰρ πολλοὶ προσήρχοντο αὐτῷ χάριν ὠφελείας· καὶ πείσας ἀφεῖναι καὶ γονεῖς, καὶ ἀδελφοὺς, καὶ οἰκείους, καὶ τῷ μοναχικῷ βίῳ προσελθεῖν, καὶ Χριστῷ δουλεύειν, καὶ θεραπεύειν αὐτὸν διὰ καθάρσεως, καὶ τῆς τῶν ἐντολῶν

D

Eodem die

120 *Commemoratio sancti Patris nostri Sabini episcopi.*

Beatus Sabinus propter eximias virtutes, et honestissimos mores primum quidem episcopus ordinatus fuit. Sed postea cum sæculares tumultus, quietis studio, fastidiret, in eremum procul ab omni hominum consuetudine profectus, ea contentione comparandis virtutibus incubuit, seipsum jejuniis, vigiliis, et exercitationibus dando, ut meruerit multa miracula edere, morbos depellere, leprosos mundare, dæmones fugare, et futura prænuntiare. Cum autem multis profuisset, et ad se accedentes doctrina sua ad virtutes eo provexisset, ut relictis parentibus, fratribus, et domo, vitam monasticam professi, Christo servirent, eique in puritate et mandatorum custodia famularentur ; in pace decessit, sacrum quidem spiritum Domino, pretiosa

autem reliquias suas cognatæ terræ commendans: quæ usque in præsentem diem curationes emittunt.

ἐργασίας, ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη· τὸ μὲν ἱερὸν πνεῦ
αὐτοῦ παραδοὺς τῷ Κυρίῳ, τὸ δὲ τίμιον αὐτοῦ λ
ψανον τῇ συγγενεῖ γῇ, ἔτι καὶ νῦν βρύον ἰάματα.

EODEM MENSE.

Die decima sexta

121 *Certamen sancti martyris Longini centurionis.*

Hic Tiberio Cæsare ex regione Cappadocum centurio fuit, militans sub Pilato Judææ præfecto, cujus jussu pretiosæ Christi passioni et cruci una cum centuria sua ministravit. Sed cum ea, quæ Christo in crucem sublato flebant, miracula vidisset, terræ scilicet motum, solis deliquium, sepulcra aperta, mortuos excitatos, petras scissas, exclamavit: Vere Dei Filius erat iste: abdicatoque militiæ sibi subjectæ munere, in patriam rediit, Christum prædicans. Quo comperto Judæi, pecunia Pilatum subornarunt, qui ad Tiberium adversus Longinum scripsit. At ille decollari eum una cum duobus sociis militibus mandavit, ejusque caput Hierosolyma deferri: quod in sterquilinium dejectum, tandiu delituit, donec mulier quædam Cappadox cæca, divino admonita visu, Hierosolyma profecta, invenit, visumque recepit.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΖ'

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Λογγίνου τοῦ ἑκατο
τάρχου.

Ἐπὶ Τιβερίου Καίσαρος ἦν οὗτος ἐκ τῆς χώρ
τῶν Καππαδοκῶν, ἑκατοντάρχης ὑπάρχων, κ
στρατευόμενος ὑπὸ Πιλάτῳ τῷ τῆς Ἰουδαίας ἡγ
μόνι· ὅστις καὶ προσέταξεν αὐτῷ ὑπηρετῆσαι
τὰ τίμια πάθη τοῦ Χριστοῦ, καὶ τὴν σταύρωσ
μετὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἑκατὸν στρατιωτῶν. Ἀλλ' αὐτ
ἰδὼν τὰ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ γενόμενα θ
ματα, τὸν σεισμὸν, τοῦ ἡλίου τὸ σκότος, τοὺς ἀν
γέντας τάφους, τοὺς ἐγερθέντας νεκροὺς, τὰς σ
σθείσας πέτρας, ἀνεβόησεν· Ἀληθῶς Θεοῦ Υἱὸς ἦ
οὗτος. Καὶ καταλιπὼν τὴν ὑποκειμένην αὐτῷ στρα
τείαν, καὶ τὴν ἰδίαν χώραν καταλαβὼν, ἐκήρυσ
τὸν Χριστόν. Καὶ μαθόντες τοῦτο οἱ Ἰουδαῖοι, ἐλ
λαν τῷ Πιλάτῳ χρήματα. Καὶ ὁ Πιλᾶτος ἔγρα
πρὸς Τιβέριον κατὰ τοῦ Λογγίνου. Ὁ δὲ ἀποστεί
ἀπεκεφάλισεν αὐτὸν, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ δύο στρα
τιώτας, ἀποστείλας τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ εἰς Ἱερου
σαλήμ· ἥτις ἐκρύβη ἐν κόπρῳ. Ὕστερον δὲ γυνή τις ἀπὸ Καππαδοκῶν τυφλὴ ἐν θείας ὀπτασίας ἀπελθοῦσα εἰ
Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὑροῦσα τὴν κεφαλὴν, ἀνέβλεψεν.

EODEM MENSE.

Die decima septima

122 *Certamen sanctorum martyrum Chrysanthi et Dariæ.*

Isti, Numeriano imperatore, claruerunt, et Chrysanthus quidem Romam cum patre senatorii ordinis viro profectus, Christi fide ab Episcopo quodam in spelunca latente instituitur. Quod ubi rescivit pater, in tenebricosum carcerem eum includit: tum compellit uxorem ducere Dariam philosophicis imbutam studiis: qua tamen non secus ac sorore usus est, quando id uterque consilii ceperat, ut virginitatem ad mortem usque tuerentur. Quare et ipsa baptizata est. Sed cum ambo populum ad caste temperateque vivendum inducerent, infideles ægerrime ferentes, uxores suas facto secum divortio, Christo desponderi, rem deferunt præfecto, qui illas Claudio tribuno tradidit. Ex urbe igitur educti, et variis cruciatibus torti, in foveam cœno plenam dejiciuntur; atque obruti, et conculcati, decedunt.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΙΖ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Χρυσάνθου κ
Δαρείας·

Οὗτοι ὑπῆρχον ἐπὶ Νουμεριανοῦ τοῦ βασιλέως
καὶ ὁ μὲν Χρύσανθος ἀπελθὼν ἅμα τῷ ἰδίῳ πατ
ἐν Ῥώμῃ, συγκλητικῷ ὑπάρχοντι, γίνεται Χ
στιανὸς παρά τινος ἐπισκόπου ἐν σπηλαίῳ κρ
πτομένου. Ἀλλὰ ταῦτα γνοὺς ὁ πατὴρ αὐτ
ἐγκλείει αὐτὸν εἰς σκοτεινὴν φυλακήν· εἶτα κα
αναγκάζει λαβεῖν γυναῖκα. Καὶ δίδωσιν αὐτῷ Δ
ρείαν τὴν φιλόσοφον. Ὁ δὲ Χρύσανθος ἰδὼν κ
τὴν, ἐχρήσατο αὐτῇ ὡς ἀδελφῇ, καὶ συνεβούλ
σαντο τοῦ μέχρι θανάτου εἶναι παρθένοι. Εἶτα ἐβ
πτίσθη καὶ αὐτή· καὶ ἐδίδασκον ἀμφότεροι τ
λαὸν περὶ ἁγνείας καὶ σωφροσύνης· ἠγανάκτησ
οὖν οἱ Ἕλληνες, ὅτι τὰς γυναῖκας ἑαυτῶν πείθου
καταλιμπάνειν αὐτοὺς, καὶ μνηστεύεσθαι τῷ Χριστῷ
καὶ διέβαλλον αὐτοὺς τῷ ἐπάρχῳ· καὶ παραδίδου
Κλαυδίῳ τῷ τριβούνῳ. Καὶ ἄγονται ἔξω τῆς π
λεως, καὶ βασανίζονται διαφόρως. Εἶτα βόθρου ὑ
χθέντος βορβορώδους, ἐμβάλλονται ἀμφότεροι. Κ
καταχωσθέντες καὶ καταπατηθέντες, τελειοῦνται.

Eodem die

123 *Commemoratio sancti Osee prophetæ.*

Osee propheta ex regione Judææ fuit, Deum cœli et terræ colens, deosque gentium odio habens et exsecrans. Judæorumque contribulium suorum errores corrigens. Quare maximum prophetiæ donum accepit: et multa quidem adversus Israel, et adversus gentes prophetavit; sed illud præcipue signum dedit, quod venturus esset Dominus, et in

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου προφήτου Ὡσηέ·

Ὁ προφήτης Ὡσηὲ ὑπῆρχε μὲν ἐκ τῆς χώρ
Ἰουδαίας, τὸν δὲ Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς σ
βόμενος· καὶ τοὺς τῶν ἐθνῶν θεοὺς μισῶν, κ
ἀποστρεφόμενος· καὶ τῶν ὁμοφύλων Ἰουδαί
τὰ σφάλματα διορθούμενος, ἐδέξατο προφητείας μ
γάλα Χαρίσματα. Καὶ πολλὰ προφητεύσας κα
[illegible]ηλ, καὶ κατὰ τῶν ἐθνῶν, ἔδωκε σ

μεῖον· ἥξειν τὸν Κύριον ἐπὶ γῆς ἀνθρώποις συναναστρεφόμενον. Καὶ ἔδωκε τέρας ὅτι ὅτε δύνῃ ὁ ἥλιος ἐν Σηλὼμ, καὶ μερισθῇ ἡ δρῦς, ἡ ἐν Σιλωὰμ, εἰς δώδεκα μέρη, γενηθήσονται δώδεκα δρύες· τουτέστιν, ὅτε σταυρώσουσι τὸν Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης Χριστὸν οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ θανὼν, δύνῃ, διαμοιρισθήσονται αἱ δώδεκα φυλαὶ τοῦ Ἰσραὴλ εἰς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ γενηθήσονται δώδεκα δρύες· ἤτοι οἱ δώδεκα ἀπόστολοι· καὶ διδάξουσι πάντα τὰ ἔθνη πιστεύειν εἰς τὸν Χριστόν. Ταῦτα προφητεύσας, ἐν εἰρήνῃ τελειωθεὶς, ἐτάφη.

A terra cum hominibus conversaturus. Aliud præterea ostentum dedit : Occidet, inquiens, sol in Selom ; dissectaque in duodecim partes arbore in Siloe, nascentur duodecim arbores : hoc est, cum in crucem egerint Judæi Christum Solem justitiæ, et hic mortuus fuerit, solque radios suos condiderit, dividentur duodecim tribus Israel in omnes gentes, orienturque duodecim arbores, qui sunt duodecim apostoli, convertentque omnes gentes ad Christi fidem. Hæc cum prophetasset, in pace decessit, et sepultus est.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Eodem die

124 *Certamen sanctorum Anargyrorum Cosmæ et Damiani, fratrumque eorum Anthimi, Leontii et Euprepii.*

Ἄθλησις τῶν ἁγίων Ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν Ἀνθίμου, Λεοντίου καὶ Εὐπρεπίου.

Τρεῖς εἰσὶν αἱ συζυγίαι τῶν ἁγίων Ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ, ἀμφοτέρων καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι καλουμένων, καὶ, τὴν ἰατρικὴν τέχνην μετερχομένων, καὶ τὴν προσηγορίαν τῆς ἀναργυρίας ἐχόντων. Οἱ μὲν γὰρ ἦσαν υἱοὶ Θεοδότης γυναικὸς εὐλαβοῦς. Ἐν εἰρήνῃ κοιμηθέντες καὶ κατατεθέντες ἐν τόπῳ καλουμένῳ Φερεμάν. Οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ διῆγον ἔχοντες διδάσκαλον φθονερόν· ὅστις μετὰ δόλου ἀναγαγὼν αὐτοὺς εἰς ὄρος, ὡς δῆθεν βοτάνας συνάξοντας, λίθοις φονεύει. Οἱ δὲ ὧν καὶ ἡ παροῦσα ἄθλησις, ὑπῆρχον ἐκ τῆς Χώρας Ἀραβίας· περιερχόμενοι δὲ κατὰ πᾶσαν πόλιν, ἐθεράπευον ἀναργύρως τοὺς ἀσθενοῦντας. Κατὰ δὲ τοὺς Χρόνους Διοκλητιανοῦ παρεγένοντο ἐν τῇ χώρᾳ τῆς Κιλικίας, καὶ κρατηθέντες παρέστησαν Λυσίᾳ τῷ δουκί· ὅστις καὶ διαφόρως τιμωρήσας αὐτοὺς, ὕστερον ἀπεκεφάλισε, σὺν τοῖς ἀκολουθοῦσιν αὐτοῖς τρισὶν ἀδελφοῖς, Ἀνθίμῳ, Λεοντίῳ, καὶ Εὐπρεπίῳ.

B Tria sunt sanctorum Anargyrorum paria, qui et iisdem Cosmæ et Damiani nominibus appellati fuerunt, et medicinæ artem tractaverunt, et Anargyrorum cognomen habuerunt. Fuere enim alii Theodotæ religiosissimæ filii, qui in pace decedentes, in loco Phereman dicto sepulti sunt. Alii cum Romæ degerent, præceptorem invidum habentes, per dolum ab eo in montem, quasi ad legendas herbas, deducti, lapidibus obruti sunt. Alii, quorum certamina enarrare instituimus, Arabes fuere, qui terrarum orbem peragrantes, gratis et sine pretio ægrotos curabant. Diocletiani vero temporibus in Ciliciam profecti, et comprehensi, sistuntur Lysiæ duci : a quo variis tormentis excruciati, capite demum plexi sunt, una cum tribus, qui eos prosequebantur, fratribus, Anthimo, Leontia, et Euprepio.

C

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΗ′

EODEM MENSE.
Die decima octava

125 *Commemoratio sancti apostoli et evangelistæ Lucæ.*

Μνήμη τοῦ ἁγίου ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ.

Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς ὑπῆρχεν ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης· ἰατρὸς τὴν τέχνην, καὶ ζωγράφος. Ἀπελθὼν δὲ εἰς Θήβας τῆς Μακεδονίας ἐπὶ Τιβερίου τοῦ βασιλέως, διὰ τὸν διωγμὸν, ἐνέτυχε τῷ ἁγίῳ ἀποστόλῳ Παύλῳ· καὶ ὡς ὑπάρχων εἷς τῶν ἑβδομήκοντα ἀποστόλων, ἠκολούθησεν αὐτῷ, καὶ σὺν αὐτῷ ἐκήρυσσε τὸν Χριστόν. Καὶ συνήργει εἰς τὴν τοῦ κηρύγματος, καὶ τοῦ Εὐαγγελίου διακονίαν προθύμῳ γνώμῃ. Συνεγράψατο δὲ πρότερον τὸ κατ' αὐτὸν ἅγιον Εὐαγγέλιον, πρὸς Θεόφιλον τινὰ ἡγεμόνα, πιστεύσαντα εἰς τὸν Χριστὸν ὑπαγορεύσαντο αὐτῷ τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου· ἔπειτα ἐξέθηκε τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων, πρὸς τὸν αὐτὸν Θεόφιλον. Καὶ ταῦτα πράξας, ἐν εἰρήνῃ τὴν ψυχὴν ἀπέδωκε τῷ Θεῷ. Τὸ δὲ ἱερὸν καὶ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐτάφη μὲν πρότερον ἐν Θήβαις· ὕστερον δὲ ἀνακομισθὲν ἀπὸ Θηβῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, κατετέθη ἐν τῷ ναῷ τῶν Ἁγίων Ἀποστόλων.

Lucas evangelista in Antiochia magna ortus, professione medicus, et pictor, cum Thebas Macedoniæ, Tiberio imperatore, ob persecutionem venisset, congressus collocutusque cum sancto apostolo Paulo, ut qui ex septuaginta apostolorum numero erat, eidem apostolo se socium adjunxit, et una cum ipso Christum prædicavit ; promptoque animo in prædicationem, et Evangelii ministerium eidem cooperatus est. Conscripsit autem primo sanctum, quod ejus nomen præfert, Evangelium ad Theophilum quemdam Præfectum, qui in Christum crediderat, dictante sibi sancto Petro apostolo : deinde apostolorum Acta ad eumdem Theophilum. Post hæc in pace animam Deo tradidit. Sacræ vero et pretiosæ ejus reliquiæ Thebis primum sepultæ, postmodum inde Constantinopolim translatæ, in Sanctorum Apostolorum templo conditæ fuerunt.

D

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.
ΙΘ′

EODEM MENSE.
Die decima nona

126 *Certamen sancti martyris Sadoth, et sanctorum centum viginti sociorum.*

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Σαδὼθ, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἑκατὸν εἴκοσι ἁγίων.

Σαδὼθ ὁ μάρτυς ὑπῆρχεν ἐπὶ Σαβωρίου βασιλέως

Sadoth martyr, Sapore Persarum rege, claruit

Christianæ autem fidei causa comprehensus, adductusque ad eumdem regem cum ignem adorare nollet, gravissime cæditur: tum cute a fronte ad pedes inusta, deque ejus pelle loro digiti latitudine detracto, iterum bubulis nervis laceratus, super spinas, ligna, et saxa acutissima nudus pertrahitur. Deinde digitis articulatim dissectis, in cochleam hastili cogitur. Præterea candentibus subulis in reliquo corpore fodicatur. Mox inverso capite suspenditur, eique lingua præciditur. Cujus constantiam homines mille ducenti septuaginta conspicati, in eam opinionem venere, nisi magnarum rerum spem haberet, eum tanta perferre non posse. Quamobrem Christi fidem amplexi, in vincula conjiciuntur. Sadoth vero gratias Deo agens, una cum centum viginti sanctis capite plectitur.

Περσῶν· διὰ δὲ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν κρατηθεὶς καὶ προσαχθεὶς αὐτῷ· καὶ μὴ πεισθεὶς λατρεῦσαι τῷ πυρὶ, τύπτεται ἀνηλεῶς· καὶ χαράσσεται ... δέρμα αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ μετώπου μέχρι τῶν πο... Καὶ ἐκδέρεται ἀπὸ τοῦ δέρματος αὐτοῦ λῶρος ... κτύλου τὸ πλάτος. Καὶ πάλιν τύπτεται μετὰ βο... λωρίων. Καὶ ἐπὶ ἀκανθῶν, καὶ ξύλων, καὶ λί... ὀξέων σύρεται γυμνός. Εἶτα τέμνεται τοὺς δακ... λους κατ' ἀρμόν. Καὶ ἐμβληθεὶς εἰς κοχλίαν διὰ π... ρακίου κατασφίγγεται. Καὶ μετὰ ταῦτα σουβλίοις ... πυρωμένοις τὸ ὑπολειφθὲν σῶμα κατακεντεῖται. Κ... κρεμασθεὶς κατὰ κεφαλῆς, τὴν γλῶσσαν ἐκτέμν... ται. Καὶ ἰδόντες τὴν καρτερίαν αὐτοῦ χίλιοι διακόσ... ἑβδομήκοντα ἄνδρες, καὶ ἐννοήσαντες ὅτι, εἰ ... εἶχε μεγάλας ἐλπίδας, οὐκ ἂν τοιαῦτα ὑπέμεν... ἐπίστευσαν εἰς τὸν Χριστόν. Καὶ παρεδόθησαν ... φυλακῇ. Αὐτὸς δὲ, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, τὴν κεφα... ἀπετμήθη, σὺν ἑτέροις ἁγίοις ἑκατὸν εἴκοσι.

Eodem die

127 *Commemoratio sancti Patris nostri Amphilochii, episcopi Iconii.*

Hic non mortalis cujusquam, sed sanctorum angelorum manibus ordinatus Iconii episcopus, commilito sanctorum Patrum Basilii Magni, Gregorii Theologi, et Gregorii Nysseni, adversus Arium, Eunomium, et horum similes hæreticos in acie stetit; qui cum ad Theodosii magni tempora vixisset, atque ab eo ad coercendas Arianorum in urbibus synaxes lectus esset, tunc quidem supersedit, quod imperator vereretur, ne ea res magnos excitaret tumultus. Sed postea cum quadam de causa imperatorem Theodosium convenisset, illumque solum, Arcadio filio, qui prope assidebat, prætermisso, adorasset, rogatus, quam ob rem id faceret, respondit: Quemadmodum tu imperator, indigne fers, si non idem filio, qui tibi, honor habeatur; sic et Deo Patri injuriam fieri scito, si quis Filium et Verbum contumelia afficit. Quibus verbis movit adeo imperatorem, ut de illius sententia ac voluntate rem confecerit. Hunc in modum transacta cum pietate vita, ad Dominum migravit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου, ἐπισκόπου Ἰκονίου.

Οὗτος προχειρίζεται ἐπίσκοπος Ἰκονίου, ... ἁγίων ἀγγέλων, οὐκ ἀνθρωπίνης χειρός. Συνήθ... στὴς δὲ γενόμενος τῶν ἁγίων Πατέρων Βασιλείου ... Μεγάλου, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Γρηγορ... τοῦ Νύσσης, κατὰ τῶν αἱρετικῶν παρετάξατο, Ἀρ... καὶ Εὐνομίου, καὶ τῶν ὁμοίων. Παρετάθη δὲ ... ζωὴ αὐτοῦ μέχρι Θεοδοσίου τοῦ Μεγάλου. Ὃς ... ἠξίωσε κωλύσαι τῶν Ἀρειανῶν τὰς ἐν ταῖς π... συνάξεις. Βαρὺ δὲ νομίσαντος τοῦτο τοῦ βασ... διὰ τὴν ταραχὴν, τότε μὲν ἡσύχασεν. Ὕστε... κατὰ τινα χρείαν εἰσελθὼν πρὸς τὸν βασιλέα ... τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ἀρκάδιον ἰδὼν τῷ πατρὶ συν... μενον, τὸν μὲν Θεοδόσιον προσεκύνησε· τὸν δὲ ... παρῆλθε. Τοῦ δὲ βασιλέως εἰπόντος· Ἵνα τί τὸν ... μου παρέδραμες· ἔφη· Γνῶθι, βασιλεῦ, ὅτι ὑπ... σὺ ἠγανάκτησας τοῦ υἱοῦ παραβλεπομένου, ... καὶ ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ, τοῦ Υἱοῦ καὶ Λόγου ... ζομένου. Ὅθεν πεισθεὶς ὁ βασιλεὺς, ἐποίησε τὸ ... ἁγίου θέλημα. Οὕτω δὲ ζήσας εὐσεβῶς, πρὸς Κ... ἐξεδήμησεν.

Eodem die

128 *Commemoratio sancti et gloriosi prophetæ Joelis.*

Hic fuit ex Judææ regione. Voluntatem autem Domini exsequens, prophetiæ donum accepit. Et alia quidem multa, sed longe plura de Christo prophetavit, quod scilicet ex Virgine nasciturus esset. Sed et de Spiritu sancto vaticinatus est, quem sancti duodecim apostoli in magno Pentecostes festo acceperunt, inquiens: *Hæc dicit Dominus: Et erit in novissimis diebus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ.* Quod et contigit: nam cum in superiore domus parte sederent sancti Apostoli, in die Pentecostes, hora tertia diei, descendit Spiritus sanctus in specie linguarum ignearum, conseditque super singulos eorum, deditque eis varia dona:

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου προφήτου Ἰωήλ

Οὗτος ὑπῆρχε ἐκ τῆς Ἰουδαίας Χώρας· ποιῶν τὸ θέλημα Κυρίου, ἔλαβε προφητείας χάρισ... προεφήτευσε δὲ καὶ ἄλλα μὲν πολλὰ, πλείονα ... περὶ τοῦ Χριστοῦ· ὅτι μέλλει γεννηθῆναι ἐκ ... θένου· ἔτι δὲ καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ὃ ... βον οἱ ἅγιοι δώδεκα ἀπόστολοι ἐν τῇ μεγ... ἑορτῇ τῆς Πεντηκοστῆς· εἰπών· Ὅτι τάδε ... Κύριος· Καὶ ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέ... ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σ... Καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν· καὶ αἱ θ... τέρες ὑμῶν. Ὃ δὴ καὶ γέγονε. Καθεζομένων ... τῶν ἁγίων ἀποστόλων ἐν τῷ ὑπερῴῳ οἰκήματ... τῇ ἡμέρᾳ τῆς Πεντηκοστῆς, ὥρᾳ τρίτῃ τῆς ἡμέ... κατῆλθε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει πυρίνων γ...

τῶν· καὶ ἐκάθισεν ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν· καὶ δέδωκεν αὐτοῖς χαρίσματα διάφορα, καὶ προφητείας. Καὶ οὐ μόνον ἐκείνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς μετέπειτα. Ταῦτα δὲ προφητεύσας, ἐν εἰρήνῃ ἐκοιμήθη, καὶ ἐτάφη ἐν τῇ ἰδίᾳ γῇ.

nec illis solum, sed et iis, qui ipsis successere. Cumque hæc Joel prophetasset, in pace obdormivit, sepultusque est in terra sua.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. Κ'.

Μνήμη τοῦ ἁγίου Κορνηλίου τοῦ ἑκατοντάρχου.

Κορνήλιος ὁ ἑκατοντάρχης, ὑπῆρχεν ἀπὸ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, ἑκατὸν στρατιωτῶν ἄρχων, ἐπὶ τῶν χρόνων τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ὅστις καὶ πρῶτος ἐξ ἐθνῶν ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ· ἰδὼν γὰρ ὁ Θεὸς τὰς ἐλεημοσύνας αὐτοῦ, ἃς ἐποίει εἰς τοὺς πτωχοὺς, προσεδέξατο αὐτόν. Καὶ δι' ἀγγέλου παρεσκεύασεν αὐτὸν βαπτισθῆναι παρὰ τοῦ ἁγίου Πέτρου. Εἶτα χειροτονεῖται ἐπίσκοπος Σκαμάνδρου. Ἐν ᾗ καὶ κηρύττων τὸν Χριστὸν, ἐκρατήθη παρὰ Δημητρίου τοῦ ἄρχοντος. Καὶ κατηναγκάσθη εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν τῶν εἰδώλων, καὶ θῦσαι ἅμα τῷ λαῷ, καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ, καὶ τῷ υἱῷ· ἀπελθόντος δὲ καὶ προσευξαμένου πρὸς τὸν Θεὸν, ἐγένετο σεισμὸς, καὶ ἔπεσον σὺν εἰδώλα, καὶ ὁ ναός· καὶ συνεκάλυψε τὸν υἱὸν τοῦ ἄρχοντος, καὶ τὴν γυναῖκα· καὶ ἐβόων ζῶντες κάτωθεν ὅτι Μέγας ὁ Θεὸς Κορνηλίου· παρεκάλεσε δὲ αὐτὸν ὁ ἄρχων, καὶ προσηύξατο· καὶ ἐξῆλθον. Καὶ ἐπίστευσαν, ὅ τε ἄρχων, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ υἱὸς, καὶ ἄνδρες ϙζ'. καὶ οὕτως ἐν εἰρήνῃ ἐτελειώθη.

EODEM MENSE. De vicesima

120 *Commemoratio sancti Cornelii centurionis.*

Cornelius centurio ex Cæsarea Palæstinæ fuit, centum militum princeps, temporibus sanctorum apostolorum : qui omnium gentilium primus in Christum credidit. Deus enim videns eleemosynas, quas pauperibus faciebat, acceptum eum habuit, et per angelum monuit, ut a sancto Petro baptizaretur. Deinde episcopus Scamandri ordinatus, cum fidem Christi disseminaret, comprehensus a Dometrio præside, compulsusque idolorum templum ingredi, atqui ibi una cum populo, et uxore, et filio immolare, oravit ad Deum. Et statim facto terræ motu, collapsoque cum idolis templo, uxor et filius præsidis obruti fuerunt : quibus sub ruina vociferantibus, et magnum esse Cornelii Deum inclamantibus, rogatus a præside Cornelius, precibus a Deo impetravit, ut inde incolumes evaderent. Quamobrem Demetrius cum uxore, et filio, et aliis ducentis septuaginta septem in Christum credidit. Ipse vero Cornelius in pace quievit.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἀρτεμίου τοῦ θαυματουργοῦ.

Ἀρτέμιος ὁ πολύαθλος ὑπῆρχεν, ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου, δοὺξ Ἀλεξανδρείας τῆς Αἰγύπτου· ἐν τοῖς πατρικίοις διαπρέψας ἀπὸ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου βασιλέως· ἀκούσας δὲ ὅτι Ἰουλιανὸς ἐν Ἀντιοχείᾳ τιμωρεῖ τοὺς Χριστιανούς. παρεγένετο πρὸς αὐτὸν, τὴν παρανομίαν αὐτοῦ διελέγχων. Τύπτεται οὖν παρ' αὐτοῦ βουνεύροις· καὶ τριβόλοις ὀξέσι τὰ ψύα ξέεται· καὶ ὀγκίνοις τὰς πλευρὰς, καὶ τὰ βλέφαρα κατακεντεῖται. Καὶ ὑπὸ λιθοξόων πέτρας διακοπείσης, μέσον ἐμβάλλεται. Καὶ τῶν δύο μερῶν συναρμοσθέντων, συγκρατηθεὶς ἔνδον, τὴν ἀφόρητον ὑπέστη τιμωρίαν· ἐκβληθέντων αὐτοῦ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ τῶν ἐντέρων κάτω συνελαθέντων. Ἐπεὶ δὲ, μετὰ τοσαύτας τιμωρίας, οὐκ ἐπείσθη τοῖς λόγοις τοῦ τυράννου, τὴν διὰ ξίφους δέχεται τελευτήν. Τὸ δὲ ἅγιον αὐτοῦ λείψανον ἀνεκομίσθη ἐν Κωνσταντινουπόλει, παρέχον ἰάματα τοῖς πιστῶς αὐτῷ προσερχομένοις.

Eodem die

130 *Certamen sancti martyris Artemii thaumaturgi.*

Artemius multis certaminibus clarus, Juliano Apostata imperante, dux Alexandriæ Ægypti, et in patriciorum numerum a Constantino Magno imperatore ascriptus, cognita Juliani crudelitate, quam in Christianos Antiochiæ exercebat, eum adiit : et impietate ejus objurgata, nervis bubulis cæditur : tum lumbis illius acutis tribulis laceratis, lateribusque ac palpebris uncis lancinatis, medio saxo a lapicida dissecto includitur. Deinde coagmentatis iterum partibus compressus, intolerabiles exilientibus oculis, diffusisque intestinis cruciatus pertulit : qui cum a proposito pietatis studio verbis tyranni deduci non posset, gladio trucidatus finem accepit. Ejus reliquiæ Constantinopolim translatæ, ibique depositæ, sanitatem eis, qui cum fide ad ipsum accedunt, restituunt.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ. ΚΑ'.

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Δασίου, Γαΐου καὶ Ζωτικοῦ.

Οὗτοι οἱ ἅγιοι μάρτυρες ὑπῆρχον ἐν Νικομηδείᾳ τῇ πόλει. Δημοτελοῦς δὲ τοῖς εἰδώλοις ἑορτῆς γενομένης παῤῥησιασάμενοι, τὰ ἐπὶ τῶν βωμῶν κείμενα κατέστρεψαν· καὶ εὐσεβήσαντες, ὡς ἀσεβεῖς παρὰ τῶν ἀφρόνων ἀσεβῶν ἐλογίσθησαν. Ὅταν κρα-

EODEM MENSE. Die vicesima prima

131 *Certamen sanctorum martyrum Dasii, Gaii et Zotici.*

Illi sancti martyres in urbe Nicomedia claruere. Cum autem publicus idolorum festus dies ageretur, fidenter pieque ea, quæ super altaribus posita erant, evertentes, a stultis infidelibus impie fecisse existimati sunt. Quare injectis catenis ad judicem ra-

piuntur : a quo quæcunque excogitari potuere tormenta, experti sunt, durissima verbera, equuleum, plagas, dissecta flagellis latera, carnes cilicinis pannis laniatas. Quæ omnia cum non solum negligerent; sed etiam idolorum vanitatem objurgarent, et magna voce Christum solum verum Deum esse testarentur, saxis de collo appensis, in gurgitem injecti, sagittis confossi sunt : ibique martyrii finem consecuti, gratias Christo regi sæculorum usque ad mortem agebant, quod digni ab eo habiti essent, pro ipso mortem oppetere.

A τηθέντες παρέστησαν τῷ δικάζοντι. Ὁ δὲ πεῖραν αὐτοῖς βασάνων προσήγαγε· καὶ γὰρ ἐτύ αὐτοὺς ἀνηλεῶς· καὶ ἐπὶ ξύλων ἐκρέμασε· καὶ πλ γὰς ἐνεποίησε· καὶ τὰς πλευρὰς αὐτῶν ταῖς μαστ ξι διέῤῥηξε· καὶ τρυχίνοις ὑφάσμασι τὰς σάρ αὐτῶν κατέξανε· καὶ ἐπεὶ ἐώρα καταφρονοῦντ μὲν τῶν βασάνων, ἐλέγχοντας δὲ τὴν τῶν εἰδώλ ματαιότητα· μεγάλῃ δὲ τῇ φωνῇ κρύττοντας τ Χριστὸν Θεὸν μόνον εἶναι ἀληθινὸν, λιθους μεγάλ τοῖς τραχήλοις αὐτῶν περιθεὶς, εἰς τὸν βυθὸν κα ηκόντισεν· ἔνθα καὶ τὸ τέλος τῆς μαρτυρίας ἐ

ξαντο· εὐχαριστοῦντες Χριστῷ τῷ βασιλεῖ τῶν αἰώνων μέχρι θανάτου, ὅτι ἠξιώθησαν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπ θανεῖν.

Eodem die

132 *Commemoratio sancti Patris nostri Hilarionis, presbyteri et anachoretæ.*

Sanctus Hilarion Gazæ Palæstinæ natus, Constantino Magno imperatore claruit. Alexandriam autem Ægypti studiorum causa profectus, Dei beneficio duo consecutus est, ut et litteras, et ea etiam, quæ ad Christi fidem spectant, perdisceret. Quare baptizatus, cognita Antonii Magni disciplina ac institutione, illum adiit, ejusque discipulus factus, virtutis opera per aliquot annos ab eo didicit. Mox in patriam reversus, cum parentes jam e vita discessissent, facultates suas omnes pauperibus distribuit : sumptoque cilicio et melote, eremum petiit, ubi solitariam vitam agens, miraculorum gratiam accepit. Volens autem hominum vitare frequentiam, ob quietis amorem modo hunc modo illum locum sæpe mutabat. Cumque octoginta annos vixisset, quorum septuaginta in monastica disciplina exegerat, migravit ad Dominum.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Μνήμη τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἱλαρίωνος, σβυτέρου γενομένου καὶ ἀναχωρητοῦ τῆς μου.

Ὁ ὅσιος Ἱλαρίων ὑπῆρχεν ἐπὶ τῆς βασιλ Κωνσταντίνου τοῦ Μεγάλου, ἐκ τῆς πόλεως Γά τῆς Παλαιστίνης· ἐπιθυμίᾳ δὲ τοῦ μαθεῖν γρ ματα, παρεγένετο εἰς Ἀλεξάνδρειαν τῆς Αἰγύπτ Καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι ἀμφοτέρων ἔλαβε τὴν γν σιν, τῶν τε γραμμάτων, καὶ τῶν εἰς τὴν Χρισ πίστιν ἁρμοζόντων. Εἶτα ἐβαπτίσθη. Καὶ ἀκο περὶ τῆς πολιτείας τοῦ Μεγάλου Ἀντωνίου, ἀπῆ πρὸς αὐτὸν, καὶ γέγονεν αὐτοῦ μαθητὴς, μαθὼ ἐπί τινα χρόνον τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα· ὑποστρέψα ἐν τῇ πατρίδι, καὶ τοὺς γονεῖς αὐτοῦ εὑρὼν τε τήσαντας, τὸν πλοῦτον αὐτοῦ πάντα διέδωκε πτωχοῖς· καὶ φορέσας ἱμάτιον τρύχινον, καὶ δέ προβάτου, καταλαμβάνει τὴν ἔρημον. Καὶ κα μονάσας, ἐδέξατο χάριν θαυμάτων· θέλων δὲ γειν τοὺς ἀνθρώπους διὰ τὴν ἡσυχίαν, ἀπήρχε ἀπὸ τόπου εἰς τόπον συχνότερον. Ζήσας δὲ ὀγδοήκοντα, καὶ πληρώσας ἐν τῇ μοναδικῇ πολι ἔτη ἑβδομήκοντα, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

EODEM MENSE

Die vicesima secunda

133 *Commemoratio sancti et apostolorum æqualis Patris nostri Abercii, episcopi Hierapolis.*

Sanctus Pater noster Abercius Marco imperatore floruit, episcopus Hierapolis a sanctis apostolis ordinatus, celeberrimus miraculorum patrator. Cum vellet autem dæmon eum tentare, ingressus imperatoris filiam effecit, ut illa sanctum quæreret, ut ab illo sanaretur. Accitus itaque per litteras ab imperatore, Romam venit. Imperavit autem servo, ut in unum eumdemque utrem acetum, garum, et oleum immitteret, ex quibus si quid sibi sanctus depromi jussisset, separatim ac proprie singula ; at si servus sibi sumere furtim ausus esset, promiscue fluebant. Romam igitur cum pervenisset, imperatoris filia liberata, dæmoni imperavit, ut lapidem aram, quæ in conspectu jacebat, Hierapolim deferret: Tu, inquiens, tanti itineris Romam usque mihi auctor fuisti : ego vero præcipio tibi, ut lapidem tollas, et sepulcro meo superimponas. Quod et

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΚΒ'.

Μνήμη τοῦ ἁγίου καὶ Ἰσαποστόλου Πατρὸς ἡμ Ἀβερκίου, ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως.

Ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Ἀβέρκιος ἦν, ἐπὶ βασιλείας Μάρκου, ἐπίσκοπος γενόμενος Ἱερα λεως παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων. Ἦν δὲ καὶ θαυ τουργὸς περιβόητος. Θέλων δὲ αὐτὸν ὁ δαίμων πει σαι, εἰσῆλθεν εἰς τὴν τοῦ βασιλέως θυγατέρα· καὶ ἐζήτει τὸν ἅγιον ἵνα θεραπεύσῃ αὐτήν. Διὸ διὰ γραμμάτων βασιλικῶν πρὸς τὴν Ῥώμην ὥρμη Προσέταξε δὲ τῷ ὑπουργῷ αὐτοῦ βαλεῖν εἰς ἀσ ἕνα ὅξος, καὶ γάρον, καὶ ἔλαιον· καὶ ὅτε μὲν αὐτὸ αὐτῶν τι ἐζήτησεν, ἐξήρχετο κεχωρισμένον ἕν ἕ στον. Ὅτε δὲ ὁ ὑπουργὸς αὐτοῦ ἠβουλήθη λάθρα βαλεῖν, ἐξήρχοντα μεμιγμένα. Κατελθὼν δὲ εἰς Ῥ μην, τὴν μὲν θυγατέρα τοῦ βασιλέως ἰάσατο· τῷ δ μονι δὲ προσέταξε τὸν πλησίον κείμενον βωμὸν, λί μέγαν ὄντα, ἀγαγεῖν εἰς Ἱεράπολιν. Ὅτι σὺ μὲν ρεσκεύασάς με κομισαι εἰς Ῥώμην· ἐγὼ δὲ πρ τάττω σοι ἀναγεῖν τὸν λίθον, καὶ θεῖναι ἐπάνω

ταφου μου. Ὃ καὶ γέγονε. Βιώσας δὲ ἐν ὁσιότητι τὸ λοιπὸν τῆς ζωῆς, πρὸς Κύριον ἐξεδήμησεν.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἀλεξάνδρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Ἡρακλείου, Ἄννης, Θεοδότης καὶ Γλυκερίας.

Ἀλέξανδρος ὁ ἱερομάρτυς, ἐπίσκοπος ὢν, καὶ παῤῥησίᾳ τὸν Χριστὸν κηρύττων, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ αὐτοῦ πολλοὺς ἔκ τε τῶν Ἰουδαίων, καὶ τῶν Ἑλλήνων πρὸς τὴν πίστιν ἐπιστρέφων, καὶ βαπτίζων, ἐκρατήθη παρὰ τοῦ τῆς χώρας ἄρχοντος· καὶ πολλὰ τιμωρηθεὶς, καὶ ξεσθεὶς, καὶ καταναγκασθεὶς θῦσαι τοῖς εἰδώλοις, οὐκ ἐπείσθη. Ἰδὼν δὲ τὴν καρτερίαν αὐτοῦ στρατιώτης τις, Ἡράκλειος τοὔνομα, ἐπίστευσε τῷ Χριστῷ. Καὶ πλεῖστα τιμωρηθεὶς καὶ αὐτὸς ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν. Θαυματουργήσας δὲ μετὰ τοῦτο ὁ ἅγιος Ἀλέξανδρος· καὶ γὰρ ἰάθη τὰς πληγὰς τῇ τοῦ Χριστοῦ ἐπισκέψει· ἐπεσπάσατο πρὸς τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν καὶ γυναῖκας τρεῖς Ἄνναν, Θεοδότην καὶ Γλυκερίαν· αἵτινες σταθεῖσαι ἐνώπιον τοῦ ἄρχοντος, ἤλεγξαν αὐτὸν, καὶ τὴν τῶν εἰδώλων θρησκείαν ψευδῆ ἀπεκάλεσαν. Τότε θυμωθεὶς ὁ ἄρχων, πρῶτον μὲν ἀπεκεφάλισε τὸν ἅγιον Ἀλέξανδρον· ἔπειτα βασανίσας τὰς ἁγίας, ἀπέτεμε καὶ αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, καὶ οὕτως ἐτελειώθησαν.

Eodem die

134 *Certamen sacrosancti martyris Alexandri et sociorum Heraclii, Annæ, Theodotæ et Glyceriæ.*

Alexander sacer martyr cum episcopus esset, et libere Christum prædicans, multos Judæorum Græcorumque ad Christi fidem traductos baptizaret, retentus a regionis præfecto, direque tortus et dilaniatus, cum idolis sacrificare compelleretur, nulla arte ad id induci potuit. Cujus constantiam miles quidam, Heraclius nomine, admiratus, in Christum credidit: quare et ipse multis tormentis excruciatus, capite plectitur. Alexander vero, multis editis miraculis; quippe qui Christi opera a plagis sanatus fuerat, tres etiam feminas ad Christi fidem pertraxit, Annam, Theodotam et Glyceriam, quæ in conspectu præfecti oblatæ, ipsum objurgarunt, et idolorum superstitionem falsam appellarunt. Quamobrem ira excandescens præfectus, caput Alexandro primum amputari jubet; deinde sanctas suppliciis vexatas capitis damnavit. Atque ita finem habuere.

ΜΗΝΙ ΤΩ ΑΥΤΩ.

ΚΓ'.

Ἄθλησις τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος καὶ ἀποστόλου Ἰακώβου, ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου.

Ὁ ἅγιος Ἰάκωβος πρῶτος ἐπίσκοπος ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγένετο, παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου χειροτονηθείς. Καὶ πρῶτος τὴν θείαν λειτουργίαν ἔγραψε παρὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτὴν διδαχθείς. Ἀλλ' ὕστερον συντομωτέραν αὐτὴν ἐπένησεν ὁ Μέγας Βασίλειος, εἶτα ὁ Χρυσόστομος, διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀσθένειαν. Πολλοὺς δὲ διδάσκων ὁ ἅγιος Ἰάκωβος ἐκ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἐκ τῶν Ἑλλήνων, καὶ ἐπιστρέφων αὐτοὺς ἐπὶ τὸν Κύριον, εἰς ὀργὴν ἐκίνησε τοὺς Ἰουδαίους. Συναχθέντες οὖν καὶ κρατήσαντες αὐτὸν, ἔῤῥιψαν ἀπὸ τοῦ ἄκρου τοῦ ἱεροῦ, καὶ αὐτὸν ἀπέκτειναν. Περὶ δὲ τοῦ λέγεσθαι ἀδελφόθεος, φέρεται λόγος τοιοῦτος ἐκ παραδόσεως. Τοῦ μνήστορος Ἰωσὴφ μερίζοντος τὴν γῆν αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ, τοῖς ἐκ τῆς προτέρας γυναικὸς, καὶ βουλομένῳ μερίδα ποιήσασθαι καὶ τῇ τῆς ἁγίας Παρθένου Υἱῷ, καὶ Θεῷ, οἱ μὲν ἄλλοι οὐ κατεδέξαντο· ὁ δὲ Ἰάκωβος, παραλαβὼν αὐτὸν εἰς τὴν αὐτοῦ μερίδα συγκληρονόμον, ἐκλήθη οὐ μόνον ἀδελφόθεος, ἀλλὰ καὶ δίκαιος.

EODEM MENSE.

Die vicesima tertia

135 *Certamen sacrosancti martyris et apostoli Jacobi, fratris Domini.*

Sanctus Jacobus primus Hierosolymorum episcopus ab ipso Christo ordinatus, primus et ab eodem edoctus, divinam Liturgiam conscripsit, quam postea Basilius magnus, et post hunc Chrysostomus hominum infirmitati consulentes, concisiorem reddidere. Jacobus autem cum multos Judæorum Græcorumque docendo ad Dominum converteret, Judæos ad iracundiam adeo excitavit, ut coacti in unum comprehenderint cum, atque e templi fastigio deturbatum necaverint. Cur autem Dei frater dicatur, hic fertur ex traditione sermo. Cum Joseph sponsus terras suas ex priore conjuge filiis divideret, velletque partem sanctæ Virginis filio et Deo tradere, alii quidem minime assensere; Jacobus vero in suam illum partem cohæredem accipiens, non modo Dei frater, verum etiam justus est inde appellatus.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ

Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Θεοδότης, καὶ Σωκράτους πρεσβυτέρου.

Ἡ ἁγία Θεοδότη ὑπῆρχεν ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως, εὐγενῶν μὲν γονέων ὑπάρχουσα, οὖσα δὲ ἐκ τῆς χώρας τοῦ Πόντου. Ἐν ἀσκητηρίῳ δὲ τινὶ ἀπελθοῦσα, καὶ ἡσυχάζουσα διεγνώσθη. Καὶ κρατηθεῖσα παρὰ τοῦ ἄρχοντος διὰ τὸν Χριστὸν, ἐν δευτέρου κρεμασθεῖσα ξέεται· καὶ εἰς φοῦρνον ἐκπυρωθέντα

Eodem die

136 *Certamen sanctorum martyrum Theodotæ, et Socratis presbyteri.*

Sancta Theodota, Alexandro imperatore, nobilibus parentibus nata, ex regione Ponti fuit. Cum autem quietis studio in quoddam monasterium sese abdidisset, ob Christi fidem delata ad præfectum ejusque jussu comprehensa, et in equuleum sem[illegible] atque iterum sublata scalpitur. Deinde in ard[illegible]

[illegible] injecta, sed Christi beneficio erepta, mittitur a præfecto Byzantium, mox Ancyram: ubi cum Græci publice dæmoniis festum diem celebrarent, idolaque colerent, Socrates presbyter vir pius, Dominique nostri Jesu Christi confessor, zelo plenus, hostiarum aras evertit: quamobrem capite plexus spiritum tradidit, Sancta vero Theodota jussa idolis immolare, cum imperata facere recusasset, in sartaginem ferventis olei plenam conjicitur: sed cum inde illæsa divinitus evasisset, gladio ipsa quoque vitam finivit.

Eodem die

137 *Commemoratio manifestationis sanctorum septem puerorum Ephesi.*

Hi sancti Maximilianus, Jamblicus, Martinianus, Dionysius, Joannes, Constantinus et Antoninus, imperante Decio, Ephesi claruere. Ob Christi autem confessionem comprehensi, et ad imperatorem producti, cum tempus ad deliberandum petiissent, idque impetrassent, in montem quemdam profugientes, in speluncam sese abdidere, ibique obdormierunt, obstruso speluncæ aditu. Trecentesimo autem septuagesimo secundo post anno, Theodosio juniore imperante, cum hæretici dogma movissent, negando resurrectionem, eaque res imperatorem maxime sollicitum haberet, Deus, ut in omnium animis certam resurrectionis fidem confirmaret, aperta spelunca voluit eos vivos excitare: ex quibus Jamblichus sumpto Decii nummo descendit in urbem ad coemendos cibos, ut qui hesterna die dormiisset: sed cognitus, adductusque ad episcopum, rem omnem, uti se habuerat, exposuit. Igitur cum testatam resurrectionem fecissent, iterum mortui, in speluncam illati sunt.

Eodem die

138 *Commemoratio sancti Patris nostri Ignatii patriarchæ Constantinopolitani.*

Sanctus Pater noster Ignatius filius Michaelis imperatoris, frater Theophili, et nepos Nicephori imperatorum, eunuchus primum, deinde monachus factus, præfuit monasterio Archangeli, quod olim Orientis, nunc autem Satyri cognomen habet. Postea creatus patriarcha Constantinopolitanus, cum præfuisset undecim annos et menses quinque, a Michaele imperatore deturbatur, subrogato in ejus locum Photio, monacho prius facto: qui et ipse postea ejectus fuit a Basilio imperatore, restituto in suam sedem Ignatio, quam cum annis undecim occupasset, iterum depositus est, suffecto ei sancto Stephano Basilii imperatoris filio. Sanctus vero Ignatius in Satyri monasterium secedens, vita pie religioseque traducta, in pace decessit.

EODEM MENSE.

Die vicesima quarta

139 *Certamen sancti martyris Arethæ, et sociorum.*

Hic Negræ urbis in Æthiopia princeps fuit tem-

veterum monumenta e situ eruit, Combefisii varios labores, quasi e quodam inexhausto fonte, hauriri inde non pauca posse ad collectionem auctorum Byzantinorum cumulatius augendam. E scriptoribus autem ibi servatis duos esse potissimum, Leonem Diaconum et Michaelem Psellum, quorum editio et desideraretur dudum a viris doctis, et esset jam aliquando si minus confecta, concepta certe animo atque affecta. Nam illum ipsum Combefisium testatum est ex Harles. Bibl. Græc. VII, 684, cum esset animo erecto ad indaganda in lucemque evocanda Græcorum scripta, imprimis ecclesiastica et Byzantina, Bibliothecam Regiam scrutantem cepisse cum Leonis tum Pselli (XIV) cognitionem editionemque utriusque adornasse. Quin ipse sic habet notis ad Auctar: noviss. Biblioth. Græcor. Patr. Paris. 1672, p. 545, subhorride (ut plerumque incomptus est in oratione Latina): *Photii technas malasque artes cum alii prosecuti sunt Græci æquales, aut parum suppares, tum meus Logotheta* (hic est Simeon magister et logotheta, de quo Harles. VII, 417), *si quando, pace lenius aspirante, ac Christianissimo rege semper victore, Regia Lupura, historiæ Byzantinæ pœne necessario supplemento, cum Leone Diacono et Michaele Psello, regium vere multiplici titulo argumentum, juris publici regia munificentia faciat: ne sibi per moras Batavus, aut gens alia, eam gloriam rapiat.* Sed a. 1679 a vita discessit Combefisius, deque duobus tomis Auctarii Byzantini, quos edendos sibi proposuerat, ne priorem quidem potuit divulgare. Is enim, scriptores post Theophanem continens, Constantinum Porphyrogenetam dico de Vita Basilii, Continuatorem anonymum Theophanis, Joannem Cameniatam, Georgium monachum, alios, non nisi sexennio post, curante Sebastiano Mabre-Cramoisy, ex typographia Regia a. 1685 in lucem prolatus est. Editio alterius, Leonem Michaelemque Psellum complexuri, prope triginta annis post commissa est Michaeli Le Quien, ex schedis Combefisianis adornanda: vid. Echard. scriptorr. ordinis Prædicator. II, 684. Nec segniter is se ad opus admovit, ita ut Leo in typographia Regia formulis jam cœptus sit describi, ipseque Le Quien sic habeat Orient. Christian I, 255: *Quæ Leo Diaconus refert in Historia, cujus pars typis Regiis jam edita est.* Atenim intervenit impressioni ingravescens bellum, quod de Hispaniarum successione gestum est, *consiliumque*, ut scribit Echardus loc. cit., *quod Michaeli Le Quien commissum erat exsequendum, jamque typis Regiis inceptum, bello tum atrociori ubique flagrante interruptum est ac prolatum.* Ergo neque Combefisii opera neque Lequienii, a. 1733, vita functi, Leoni potuit prodesse. Et mirari licet, plagulas illas tunc impressas interiisse, prope dicam, in nihilum, neque usquam jam comparere. Ego certe scrutatus sum quæ potui, et perquisivi, percontatus quoque agentes typographiæ Regiæ, viros non solum peritissimos artis suæ, verum historicos quoque, monumentorumque officinæ ipsorum percuriosos: reliquias editionis illius inceptæ nullas potui nancisci. Quapropter (XV) suspicor, exemplaria ea vel casu aliquo peculiari, vel data opera, fuisse deleta.

III. Reliquerat igitur Combefisius, ex hac vita migrans, cum alia præclare inchoata multa, tum confectam, ut videtur, Leonis Psellique versionem Latinam. Sed illa priora, multis undique in schedas exstincti involantibus (ut fere fit in eruditorum obitu), dissipata evanuerunt: versionem Leonis ac Pselli Parisiis in ædibus FF. Dominicanorum ad vitam S. Honorati, ubi vita cessit Combefisius, multos annos asservatam esse constat, ejusque copiam viris doctis compluribus factam. Ita varii variis locis non solum mentionem fecerunt Leonis, verum illius fragmenta scriptis quoque inseruerunt suis. Velut Bandurius Imper. Oriental. II, 465, 480, 481, 726, 728; Ducangius cum in Glossario non uno loco, tum in notis ad Zonaram II, 90, 103, 105, 107; omnium maxime autem Francisc. Pagius Critic. in Annales Baronii III, 873, *eam versionem opera Bernardi Montfauconi a se lectam, et quoad præcipua capita* (utor ipsius verbis) *descriptam esse* asseverans, ad historiam sæc. x vergentis *certius illustrandam.* Ac profecto ejus fragmentis refersit cum extremum tomum tertium Criticor. 873, 875, 876, tum exorsum tomi quarti 3. — 39. Unde eadem hausit partimque transcripsit Schloezerus in *Nestore s. Russische Annalen in ihrer Grundsprache u. s. w. V*, 125, — 177. Alios contra nimium quantum neglexisse ea questus est Saxius Onomast. II, 156, *nobilissima illa fragmenta, Latine edita, quomodo subinde homines eruditos, tanquam Guill. Cave* Histor. litterar. scriptorr. ecclesiast. II, 106, *inprimisque J. A. Fabricium* Bibl. Gr. VI, (is enim verus est numerus: apud Saxium legitur V,) 353 *et* XIII 788, *latere potuerint*, cogitatione

assequi se non posse. Tametsi in his erratum est ipsius Saxii. Nam cadat jam ejus reprehensio in Fabricium, cujus volumina exierunt alterum a. 1714, alterum a. 1726, G. Caveo certe. qui scripsit a. 1688, vitio nequit dari, quod tunc ignoravit quæ Pagius a. 1705 erat editurus. Sed ut revertar ad versionem Combefisianam, superfuisse ea videri usque ad motum repentinum quo Gallia tota, vergente sæculo superiore, confusa est. Tunc illa ipsa procella, quæ viros studiis ac doctrinis exquisitioribus claros partim dejecit de statu omni, partim præcipites perturbavit ex patria ; (XVI) quo flatu collectæ litteraria et religiosa universa evertit, eodem ut multa alia ingenii monumenta, cimeliis reconditis mandata, sic item ultimas reliquias sedulitatis Combefisianæ dissipavit, immo obruit. Certe neque tum cum expilarentur libraria FF. Dominicanorum, neque ex post surreptiones varias libri inde residui per bibliothecas diversas diriberentur, quicquam de repertis Combefisii schedis auditum est, nedum de versionibus Leonis et Psei, quæ vel in latebra aliqua ignorata delitescunt adhuc, vel (quod magis est credibile, omnes hodie interciderunt.

IV. Quare, ubi semel in animum induxeram Leonem in lucem proferre, fieri oportere novam interpretationem ejus Latinam : extra pauca quæ supra dixi, in Criticis Pagianis conservata. Deinde conquisivi quæ ad illustrandum scriptorem spectarent. Sed, opera jam fere prelo parata, perspicere cœpi, quantas ejus editio difficultates esset habitura, cum alias, quas hic definite edisseri quid attinet? tum magnitudinem impensarum, quibus nec privati cujusvis unius suppeterent facile copiæ, nec certe meæ. Accedebat, ut ipse in Bibliotheca Regia sub id tempus essem occupatissimus, notitiam codd. Græcc. ex Italia recens allatorum conficere conans, qualem de codd. Florentinis Bandinius, de Vindobonensibus Lambecius ediderunt. Quamobrem, quo saltem intelligerem, quale virorum doctorum judicium futurum esset de Leone, satis tunc habui, librum sextum, ut erat a me versus, seorsum speciminis causa in lucem proferre *Notices et Extraits des Mss. de la Bibliothèque du Roi*, etc. VIII, 254 — 296. Neque quidquam posthac proprius est factum, quam ut cogitationem editionis integræ omnino dimitterem. Aliquot anni cum sic effluxissent, me aliis sollicitudinibus curisque distento, ecce vir doctus, quo nemo omni antiquitatis septentrionalis memoria abundantior, nemo in monumentis historiæ Russicæ examinandis, comparandis, explicandis acutior aut felicior, Philippus Krug, Academiæ Imperialis scientiarum Petropolitanæ decus et ornamentum, ultro me litteris mire puris, amicis, candidis adiit, nihilque opinanti commemoravi, quemadmodum rei pridem institutæ expediri exitus posset. Nempe imperii Russici cancellarius, etc., ill. comitem Nicolaum de Romanzoff, virum, ut omni magnarum rerum laude cumulatum, ita natum provehendis liberalibus studiis, cum in manus ejus incidisset specimen XVIi Leonis in Notitiis Mss. editum, optare, ut scriptor totus in lucem proferatur : sumptus necessarios eumdem subministraturum. Mirifice igitur delectatus hoc nuntio, multo acrius exarsi ad cupiditatem edendi operis : ipsiusque illustr. comitis litteris paulo post magis etiam confirmatus, evestigio orsus sum editionem. Neque aliunde amplissimorum hominum mihi defuit studium aut voluntas. Nam et vir summus comes de Montesquiou, Franciæ par, regis Christianissimi consiliarius intimus, cum administrationem interiorem, ut nunc vocamus, in Gallia haberet, redempto exemplarium, ut aiunt, numero haud exiguo, expeditissimum reddere totum imprimendi negotium dignatus est : quam ejus voluntatem ratam fecit post eum eodem munere fungens ill. Dom. comes Decazes, etc., immortalem laudem comparans, dum litteras et scientias, omninoque bonas quasvis disciplinas in Francia florere atque ornari omni conatu curat : et vir eruditione, auctoritate, virtutibus eminentissimus, doctrinæ Orientalis per orbem terrarum princeps, liber Baro Silvester de Sacy, Rector Universitatis Parisiensis, institutionis publicæ constituendæ Vvir, ordinis Reg. Legionis honorif. præfectus, Academiæ Reg. Inscriptt. et litterarr. human. sodal. etc., interventu suo obtinuit, ut in typographia Regia Leo formulis describeretur. Ita, his auspiciis incepta, biennii spatio ad exitum adducta impressio est : tardius fortasse quam volebam, obsequi continuo tantis viris jucundissimum existimans : satis cito, si molem voluminis difficilemque rationem commentarii characterumque Græcorum spectes.

V. Venio nunc ad ea quæ constant de vita Leonis, pauca sane, nec diversa fere ab iis quæ Notitt. Mss. VIII, 257, pridem protuli. Vitam Leo adiit Caloe, (τῆς Καλοῆτῶν πόλεως,

Le Quien Orient. Christ. I. 726.) quæ civitas est Asiæ proconsularis in Tmolo monte, prope fontem Caystri amnis (infra 2*) : is tractus omnis themati Thracensium tunc accensebatur. De parentum conditione non habemus quod liqueat : patri nomen Basilii fuisse ipse ait 2, ac primam quidem ætatulam in patria parentumque disciplina videtur exegisse : inde studiorum causa Constantinopolim tanquam ad domum quamdam doctrinæ profectus, ibi a 966, mens. April., sacro solemni Ascensionis, motu populari in Nicephorum effecto, imperatorem gradatim per urbem equitantem conspexit, virtutemque ejus et animi firmitatem [XVIII] vi furiosa plebis perturbari haudquaquam posse admiratus est. Hæc se adolescentulo accidisse scribit 40. Ita si statuimus, a. 966 eum egisse annum circiter sextum et decimum, sequitur, natum esse sub a. 950. Circa a. 973, quo, Basilio exauctorato, Antonius patriarcha creatus est, in Asia fuit: ibi certe gemellos monstruosos, imperii provincias obeuntes, crebro se vidisse tradit 102. Post aliquanto in collegium sacerdotum palatinorum ascitus, a. 981, cum Basilius imp. magno apparatu Bulgaris bellum inferret, castrisque ad Stoponium positis Triaditzam oppugnaret (Cedr. II. 695), diaconi munere fungens secutus comitatum est: legionibusque retrorsum raptis, cum exercitus perterritus interneciva clade in itinere afficeretur, ipse e Bulgarorum undique provolantium manibus (107) ægre evasit. Quare opinor in Historia, quoties Mœsiæ mentionem facit (velut 38), tremere et exalbescere tanquam objecta terribili re videtur, nihil ut sit, quod æque ei formidinem dicas injecisse. Quem postea tenuerit vitæ cursum neque ipse indicat, neque alii tradunt: nisi vero si quis est, qui addita demum ætate a rerum ecclesiasticarum cura eum abduxisse sese putet, atque in secessum, Historiæ condendæ causa, se recepisse. Constat certe, non exisse scriptionem ante a. 989, quo Bardas Phocas contra Basilium imp. rebellans oppressus est: quippe ejus interitus refertur 108. Expugnatio Chersonis, de qua 108, et mors Basilii præsidis (106), anno ante acciderunt. Num consilium fuerit Leoni, ultra Tzimiscæ mortem deducere historiam, dubitari potest. Nam quod scribit 109, mala, per stellam crinitam præmonstrata (quæ postea Basilio imperante evenerunt), suo quidque ordine ab historia dictum iri, id fortasse non sic intelligendum est, quasi ipse sibi ea seponeret narranda, sed generatim, aliis ea scriptoribus materiam dicendi præbitura.

VI. Ergo tria potissimum bella, Creticum, Asiaticum, Russicum, formidolosa atque difficilia, scribenda sibi sumpsit, afferreque lumen voluit rebus sua ætate (959—975) gestis. Sed est magnum munus historia, et ex omni scripturæ genere prope dicam difficillimum, Sunt unicuique sæculo suæ cæcitates mentis : ut, quamvis cætera ratione recta judicet, in quibusdam tamen erroris atque hebetudinis sit condemnandum. Infinitam vim habent religiones, instituta, factiones, sectæ : non [XIX] uno modo præstringi acies mentis solet sæculis cultis et eruditis, nedum asperis et tenebricosis. Accedit, ut Leonis ætas eloquentiam poneret in florida, ut ita dicam, oratione: cum magnam se quisque in dicendo laudem adeptum putaret, si, multa acervatim complexus ornamenta, poeticæ dictionis æmulatione grandioribus verbis, et duris, ne ineptis dicam, metaphoris esset usus. Atque haud scio annon quidquam magis historiæ officiat, quam fucatus ejusmodi sine dignitate color: quando ita nimio calamistrorum usu incedit oratio, ut et sermoni lepos omnis adimatur, et rerum expositioni fides. Id vitium Leo, tametsi non adeo insaniat quam Theophylactus Simocatta aut Nicetas Choniates (in orationibus præcipue, ubi cumprimis cupiunt diserti videri), effugere tamen omni ex parte non potuit, felicisque fortasse ingenii cursum oppressit illud tanquam adipatæ dictionis studium. Cumque a Divo Julio, primo De analogia, dictum sit, tanquam scopulum sic fugiendum inauditum atque insolens verbum esse, Leo contra quasi quasdam cautes reformidat vocabula idonea et usitata. Vocem ἀδελφὸς raro usurpat : creberrime αὐτάδελφος, ὁμαίμων, σύναιμος. Πέλω, τελέῳω (ut certe scripsi 90) τελέω, ὑπάρχω, πέφηνα (60, 93), πέφυκα, χρηματίζω, vel quidvis, potius adhibet quam εἰμί· ἀκουτίζομαι, διενηχέω, διενωτίζω, ἐνωτίζω potius quam ἀκούω. Passim quoque verbis vetustis e poetisque erutis orationem tanquam stellis (ut sibi videtur) ornat. Ὑπιωγαῖς 22, arripuit ex Odyssea E. 404, ubi nunc legimus ἐπιωγαί· Νέων, *vadens*, 27, e grammatico aliquo, opinor (vid. perspicacissimum Græcæ proprietatis arbitrum Frid. Aug. Wolf. Prolegom. IV, 18) : nisi ibi dicas νεῶν legendum, ejusque glossam esse ἐκκλησίαν, excidisse

*Numeri, hic et infra, paginas edit. Paris, principis repræsentant, quas inter uncos in textu Græco posuimus. EDIT. PATR.

autem ἀφικόμενος, vel tale aliquid. Ὄχθος, 32, significatione *ripæ*, rarum est, vel apud poetas. Verbum obsoletum προσέπω, unde προσειπεῖν, habet 99. Sed nolo multus videri in re quam inter legendum unusquisque facile per se notabit.

VII. Aliud Leonis vitium est synonymorum vana accumulatio. Sicubi σοβαρευόμενος scripsit (13), ne parum multa verba scisse videatur, continuo et γαυρούμενος subjungit, et ἐπαιρόμενός τε καὶ βρενθυόμενος. Sic singulis pene paginis. Ejusmodi tautologiis cumulati sunt Byzantini omnes medii ævi : nec nisi tempore Palæologorum ab acrioribus ingeniis Demetrio Cydonio, [XX] Chrysolora, Theodoro Gaza, Chalcondyla, id genus dicendi spretum est ac repulsum. Simul iidem primi cœperunt minus serviliter veterum stylum ac omnes, et erant tanquam anniculi infantes, qui nonnisi in curriculo, aut præeunte duce, insubulant. Non perennem ac perpetuam tum simplicium tum collocatorum verborum et vitius structuræ concinnitatem numerumque æmulabantur, non (quod caput erat) animos erectos veterum : sed si quos existimabant imitatione dignos, eorum phrases undique arreptas ad verbum transferebant in propria scripta. Neque alio pacto Leo egit. Verumtamen inter eum et æquales ipsius illud interest, quod hi, quantum possent, omnes propemodum omnium auctorum nobilium consumerent arculas imitando, Leonis sermo e tribus demum fontibus fluxerit, ex versione LXX Interpretum (libros Novi Fœderis minus crebro compilat), ex Homero, ex Agathia Myrinensi. Inde piscatus est locutiones, quibus scripta infercit et explet sua, tanquam in unum agrum plura inter se inimica spargens semina. Sed non refert alieno ornatu distinguere sermonem, nisi queas id cum judicio apteque facere : minusque genus dicendi ejus videretur inconcinnum, si depositio omni rhetorices strepitu, Constantini Porphyrogenetæ exemplo vel ad infimæ plebis orationem Leo sese dejecisset. Is contra Agathia, cujus grandiloquentiam et cothurnum vix nunc ferimus, videtur præcipue delectatus. Hoc demonstravi allatis in Commentario (velut 206) illius locis, non ubique tamen : nam omnia minima maxima vestigia imitationis colligere putidum erat nec conducebat quidquam ad auctoris cum interpretationem tum emendationem. E Procopio, jejuniore stylo res tractante, nihil videtur sumpsisse præter sententiolas quasdam, exordio et orationibus passim insertas. Neque usquam ullo vestigio deprehendere licet, primarios scriptores : Thucydidem, Polybium, Plutarchum, ab eo esse pervolutatos. Præterea reperies in eo plerumque τοιοῦτος positum, ubi Attici οὗτος scripsissent. Similiter usum creberrimum præpositionis κατὰ pro ἐν· velut, ut hoc utar, [illegible] κατὰ τὴν Ἀσίαν στασιάζουσι, *rebellantibus in Asia*. Verum hæc ei communia cum cæteris Byzantinis. Illud peculiare, ponere infinitivum futuri, ubi aoristi vel præsentis exspectes, præcipue post βούλεσται [XXI] (ut 23, 24) : deinde, idem vocabulum, aliquot lineis interjectis, libenter iterari.

VIII. Dixi, criminosius fortasse, quæ in Leone culpet aliquis : nec profecto ego is sum, qui laudes scriptoris cujuspiam, cui studuerim, plus quam satis sit decantem. Nunc æquum est, quæ ab illo faciant, item enumerare. Ac primo quidem magna est Leonis commendatio, quod quæ ipse viderit litteris mandavit, habendusque est inter scriptores illos, unde alii, qui posterius fuerunt, quasi e fonte capiteque narrationes rerum deduxerunt. Sic Scylitzem mutuatum esse ab Leone multa demonstravi in notis : a Scylitze autem omnia minima maxima sumpsisse Cedrenum notum est. Zonaram item usum esse Historia Leonis arbitror : vid. Ducang. ad Zonar. II, 107. Pagium quoque ex nostro non pauca videmus emendasse, a recentioribus in ratione temporum conturbata. Ita ab hac parte non injucunda erit studiosis historicisque hominibus comparatio scriptoris nostri cum reliquis qui eadem tradiderunt. Neque neget quisqam, res post obitum Romani Junioris in aula gestas (19 sq.), rebellionem Leonis Curopalatæ (90), bella Tzimiscæ per Orientem (98 sqq.) commode ab illo exponi, bellum Sphendosthlabianum fuse quoque ac diligenter. De Nicephoro perjurii reo, 25, satis magna libertate, de Tzimisce hujus percussore severe et fortiter scripsit, ut hominem recti honestique studiosum facile agnoscas. Denique Leonem, temporibus miseris et cæcis ad historiam se conferentem, inique compares cum pronuntiatoribus rerum gestarum florente Græcia, qui curriculum nacti felicius, aurea orationis facultate usi toti terrarum orbi atque omnibus sæculis cognitionis et eloquentiæ clarissima lumina accendere potuerunt. Noster judicio, doctrina, genere dicendi, exprimere debui

Vide indicem v° *Agathias* Edit. Patr.

temporum suorum imaginem. Quapropter, modo lucem addat rebus ea ætate gestis (quod profecto facit), facile feramus eum astrologiæ fidem habuisse, 104, exiguam geographiæ notitiam prodere, 80, historiæ veteris, 92.—Polybii acumen miramur, Plutarchi litteras, copiam Strabonis. Qui tanti viri atque tales, præsidiis sapientiæ circumsepti, si errores deponere, lapsus vitare omnes non potuerunt, quis tam rudis est temporum Byzantinorum, qui Leonem id potuisse putet?

IX. Hunc igitur, illa virtute historica, quæcunque est, præditum, [XXII] conservavit nobis unus omnino codex Bibliothecæ Regiæ, signatus prius 2561, nunc 1712, olim in supellectile litteraria Raphaelis Tricheti du Fresne : qui causidici Burdigalensis filius, cum magno duceretur librorum acquirendorum studio, Hispanias Italiamque semel et sæpius regnante Ludovico XIII rege Christianissimo sic obierat, ut, inspectis passim hominum historicorum librariis, propriam bibliothecam locupletare inde conaretur. Is ex Italia hunc codicem in Galliam deportavit, testante Combefisio Origin. Cpol. 265. Deinde cum vita excessisset Trichetus, J. B. Colbertus, Ludovico XIV Magno ab intimis consiliis et generalis ærarii moderator, cujus immortalis vivit vivetque ob beneficia in Galliam collata memoria, emit de vidua in Bibliothecamque Regiam intulit omne Tricheti litterarium instrumentum. In quo erant libri impressi numero plurimi, muss. Latini et Italici plus minus C, Græci XL. Itaque in Bibliotheca publica collatus codex noster, Ducangio, Bandinio, reliquis, quos initio nominavi, innotuit. Constat vero foliis membranaceis 422, chartaceis octo, continens præter alia minoris momenti (vid. Catal. Codd. mss. Græcc. Bibl. Reg. II, 391) illa: 1.) Chronicon Simeonis Logothetæ maxima parte ineditum, a fol. 18 *verso* ad fol. 272 *rectum*; 2.) Leonis Diaconi Historiam, quæ nunc prodit, a fol. 272 *recto* ad 322 *rectum*; 3.) Michaelis Pselli Chronographiam tomis novem, item ineditam, a fol. 322 *recto* ad 422 *rectum*. Exaratum esse si minus XI, at certe XII sæculo forma litterarum demonstrat, haud absimilis illi quam Montefalconius protulit Palæogr. Græc. 291, n° VII, ut igitur nesciam quid in mentem venerit confectoribus Catalogi Bibl. Reg. II, 391, dicere, eum sæculo decimo quinto videri scriptum: nisi id de iis duntaxat intelligas, quæ in octo foliis chartaceis ad exstent. Ipse codex, tametsi non adeo multis profunde latentibus mendis scatet, habet tamen itacismos tot, quot in libris sæc. XII peraratis esse solent, ut videlicet ε et αι, η ι et ει, ο et ω, οι et υ, sæpius inter se confundantur, neque ita rarum sit, εἰς τὴν fol. 315 *recto*(ed. 95.) scriptum conspici sic, ἠςτὴν. Ejusmodi menda notavi interdum: plerumque, quando nihil habebant quod fidem receptæ lectionis labefactare posset, omisi. In summa, fateor non majorem me laborem suscepisse, quam eos sustinere necesse est, qui codice ex unico pendent in [XXIII] scriptore primum edendo. Ubi fere non potest, quin pars mendorum codicem contaminantium diligentiam vel minutissimam effugiat, nque ipsam editionem redundet. Ita quod erat reliquum tentavi, ut quæ possem, conjecturis, et comparationibus emendarem, collato Cedreno et Scylitze, qui complura ex Leone ad verbum in historias suas transtulerunt (vid. supra § VIII, infra 225): postremo, quæ ratio et doctrina præscribere videbantur, ea pro facultate in constituenda oratione Græca conatus sum præstare.

X. Libellum Περὶ παραδρμῆς πολου, *De velitatione bellica*, adhuc ineditum, secundo loco collocavi, ut historiam gestarum a Nicephoro Aug. rerum scriptio ejusdem jussu confecta exciperet. Quam non ab ipso Nicephoro litteris consignatam esse, quemadmodum Meursius existimabat (conf. Lambec. Comment. de Bibl. Cæs. VII, 433.), cum ex universo opere perspicitur, tum vero apertis verbis sub finem præfationis, 119, declaratur. Nec tamen, si de nomine scriptoris non habemus quod liqueat, de tempore quo confectus sit is Commentarius, dubitatio infinita esse potest. Ait auctor, quisquis est ille, a Nicephoro Phoca Imp. mandatum sibi esse, ut genus hoc bellandi scriptura persequeretur. Illum autem ob res bene gestas laudibus iis effert, quibus quemque memoriam ejus renovasse, superstite et imperante percussore ejus Joanne Tzimisce, vix est credendum. Etenim repentini homines, ac per scelus ad summa evecti, quo uberiores fructus patrati facinoris capiunt, eo vehementius ejus commemoratione commoventur. Ideo adducor ut credam, scripta ea demum esse sub Basilio et Constantino, rerum potitis a. 976. Accedit quod, quoties principis fit mentio, toties auctor numero plurali utitur: οἱ ἅγιοι ἡμῶν βασιλεῖς, 155. τῶν ἁγίων βασιλέων, 155, τῶν βασιλέων ἡμῶν ἁγίων, 154, quod in geminatum Basilii et Constantini imperium quadrare apte videtur. Habemus igitur in hoc libello perscriptam no-

titiam, quemadmodum sæculo x medio aut exeunte a Græcis vel administrabatur bellum in asperis Tauri, Antitauri, Amani locis, vel administrari debuisset. Ea una me permovit ratio, ut in volumen istuc reciperem opusculum, quod nisi pro commentario militari in expeditiones Phocæ Tzimiscæque a Leone expressas habere velis; alioquin facile fateor, neque rerum copia, neque auctoris doctrina, nedum elegantia dicendi, [XXIV] plus quam multa alia ejusdem ætatis, quæ editioni parata habeam, lucem commerere. Cavi certe, ut ne quid nimium a nobis in hac parte adjectum esse diceretur. Quatuor erant Codd., in quibus libellum hunc offenderam: I.) Regius 2437 fol. 371 *verso* — 409 *recto*; II.) Regius 2445 fol. 320 *recto* — 335 *verso*; III.) Codex N°. 26 Supplementi nostri, quem in eo modo indicavi littera B, modo siglo hoc, *Cod. suppl.*, ibi legitur is libellus fol. 171 *recto* - 172 *verso*; IV.) Palatinus N° 393, a. 1797 ex Urbe advectus in Bibliothecam, a. 1815 Romæ reportatus. E quibus in edendo secutus sum potissimum Cod. Reg. 2437: cujus ut folia in margine editionis annotavi, ita lectiones intelligi oportet, quoties *Cod. A*, sive etiam *Cod.* singulari numero, in ora ascriptum legitur. Ubi *Codd.* pluraliter, reliquos tres in subsidium vocavi, idque sæpe frustra: quippe erant tam depravati omnes, ut sententiæ complures, nisi aliqua magna medicina adhibita, constare omnino non possent. Ejusmodi locos ex conjectura emendare conatus sum: ita tamen ut, quotiescunque fieri posset, transpositis potius verbis quam mutatis, meo more nimium religiosus in exemplaribus sequendis, quam temerarius in corrigendis, esse mallem.

XI. Hujus autem auctoris, quisquis fuit, dicendi genus caret omnibus ornamentis, horridinque est ac præfractius. Sermonem vulgarem frequentat sæc. x jam plurimum a syntaxi elegantiore abfuisse demonstrant nominativi absoluti 123: Πλῆθος γάρ — 130. ὁρῶν — contra quam oportebat positi: genitivi absoluti item 123: μανθανόντων. — ὁρμήσαντος 150. ἐγγιζόντων. 159. διατιθεμένου· subjunctivus aoristi pro futuro usurpatus, ut 140, ἐκφύγωσιν, *effugient* (quod idem in multis præcipitatæ Græciæ scriptoribus usu venit: vid. Indic. s. v. *Conjunctivus*): ἐν perpetuo adhibitum pro εἰς 126, 127, 133, 152; σὺν constructum cum genitivo 158,. casuumque omnino crebra confusio. Neque is certe quemquam, ut Leonem fecisse demonstravimus, exprimit dicendo: simplicibus utitur nativisque verbis. Quare fuissem nimius, si in scrutandis fontibus imitationis tantum egissem satis, quantum ad Leonem egi. Notas præter oppido paucas, resecui: postrema fundetriginta capita, quæ habebat unus codex Palatinus, quod ab alio [XXV] auctore ad hoc opusculum adjecta existimabam, in præsentia prætermisi. Sunt autem ejusdem prope argumenti quo superiora, ut ex titulis potest intelligi, qui sic se habent:

XXVI. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπληκεύειν ἐξ ἑτέρου θέματος λαὸν εἰς ἑτέρου θέματος ἢ τάγματος ἀπλῆκτον.

XXVII. Περὶ τῶν ἐν νυκτὶ ὀφειλουσῶν γέγνεσθαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ βιγλῶν.

XXVIII. Περὶ τῶν ὀφειλουσῶν γίγνεσθαι ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ βιγλῶν.

XXIX. Πῶς δεῖ σμικρύνεσθαι τὸ ἀπλῆκτον, ὁλοκλήρου τῆς πεζικῆς στρατιᾶς ὑπαρχούσης, τῆς ἱππικῆς ὀλιγοστῆς.

XXX Περὶ τῶν ιβ' ταξιαρχῶν.

XXXI. Ὅτι δεῖ, ἐπισφαλῶν καὶ στενῶν τόπων ἁπάντων (*a*), εἰς δύο διαιρεῖν ἅπασαν τὴν στρατιὰν ἰδικῶς ἀπληκεύειν.

XXXII. Περὶ τοῦ, ὁπόσον ἀριθμὸν ὀφείλει ἔχειν τὸ ἱππικὸν στράτευμα.

XXXIII. Πῶς δεῖ ποιεῖν τὴν ἐκ τοῦ ἀπλήκτου στρατοπέδου παντὸς ἀποκίνησιν.

XXXIV. Περὶ ὁδοιπορίας.

XXXV. Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ ποιεῖν, ὅτε γνωσθῶσι πολέμιοι ἐν νυκτὶ βούλεσθαι ἐπελθεῖν τῷ χάρακι.

XXXVI. Πῶς δεῖ ποιεῖν, εἴπερ ὁδοιπορούσης τῆς στρατιᾶς πολέμιοι μετὰ βαρείας δυνάμεως ταύτῃ ἐπέλθωσιν.

XXXVII. Περὶ τοῦ, εἰ απαντησεί στένωμα, ἢ γεφύρας καὶ ποταμοῦ βαθέως περαίωσις, τί δεῖ ποιεῖν.

XXXVIII. Περὶ τοῦ, μὴ ἐπάγεσθαι πλῆθος ἀργὸν ἐν τῇ πολεμίᾳ.

XXXIX. Περὶ τῆς ἁρμοζούσης πανοπλίας.

XL. Περὶ τοῦ, μὴ ἔχειν τοὺς εὐτελεστέρους τῶν ἀρχόντων σκηνάς.

XLI. Περὶ δουκατόρων καὶ κατασκόπων.

XLII. Περὶ διελεύσεως κλεισούρας μὴ κατεχομένης παρὰ τῶν πολεμίων.

XLIII. Περὶ κλεισούρας κατεχομένης ὑπὸ τῶν πολεμίων.

XLIV. Περὶ πολιορκίας.

XLV. Πῶς δεῖ φυλάττεσθαι τοὺς εἰς συλλογὴν χρειῶν ἀποστελλομένους, καὶ τοὺς νέμοντας τοὺς ἵππους.

(*a*) Fort. ἁπαντώντων.

XLVI. Πῶς δεῖ τροπώσασθαι τοὺς πολεμίους, τοὺς ἐνέδρας τιθεμένους κατὰ τῶν εἰς συλλογὴν χρειῶν ἐξερχομένων.

XLVII. Περὶ τοῦ, εἰ γνωσθῶσιν οἱ ἀρχηγοὶ τῶν πολεμίων μετὰ τῆς ὑπ' αὐτοῖς δυνάμεως κρύφα μέλλοντες ἐπιβουλεύσασθαι τῷ στρατοπέδῳ, ἢ τοῖς πρὸς συλλογὴν ἐξιοῦσιν ὑπουργοῖς.

XLVIII. Πῶς δεῖ νυκτὸς τῷ ἀπλήκτῳ τῶν πολεμίων ἐπελθεῖν.

XLIX. Πῶς δυνατόν ἐστι μετ' ἐπιτηδεύσεως τοὺς πολιορκουμένους πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐπισπάσασθαι, καὶ τραυματίσαι αὐτούς.

L. Περὶ τειχομαχίας.

LI. Περὶ τοῦ, πῶς δεῖ τὸν στρατηγὸν δικάζεσθαι (*a*).

LII. Περὶ ἀδνουμίων.

LIII. Περὶ τοῦ διδάσκειν τὸν στρατὸν καὶ ἐθίζειν ἔτι ἐν τῇ ἰδίᾳ ὄντα, κατὰ τάξιν ἀπληκεύειν καὶ ὁδοιπορεῖν.

LIV. Περὶ τοῦ ὑπαλλάττεσθαι τὰς ἐκτελούσας τάξεις τὴν τοῦ σάκα διακονίαν, διὰ τὸν πολὺν κόπον τοῦ ἄρχοντος (*b*).

LV. Περὶ τῶν ὑποκειμένων δουλειῶν, ὅτι χρὴ πρὸ ἡμετέρας ταύτης λελογισμένης [l. ἡμέρας ταύτας λελογισμένως] τυποῦν καὶ διατίθεσθαι.

(XXVI) Ea, inquam, capita, qualiacunque sunt, et descripsi jampridem et Latine convèrti, ut in subsequenti aliquo volumine facile vulgari queant, si modo tanti videntur eruditis. Quorum judicium hac de re exquiro, meum nullum interponens.

XII. Jam quod ad interpretationem Latinam Historiæ Leonis attinet, locos versionis Combefisianæ in Criticis Pagi (vide supra pag. 637) servatos, nisi ubi manifesto lapsus erat, iisdem propemodum verbis in editionem meam retuli. Cujus rei unumquemque admonitum esse velim: ne, si quem in versione aut styli inconstantia, aut quippiam fortasse non satis pure atque amendate dictum offenderit, continuo id in reprehensionem vertendum putet. Nam erat Combefisius homo pius quidêm et in rebus sacris singulariter doctus, sed qui nunquam ab orationis asperitate mœstitiaque abesse potuit. Nobis quoque in universo volumine linguæ atque elocutionis cura (vereor) non tanta fuit, quanta esse poterat, fortasse etiam debebat. Sed veniam ejusmodi facilius dari posse existimo Byzantinæ historiæ studiosis, omninoque iis qui in scriptoribus medii ævi, nescio quid barbarum et inconcinnum sonantibus, cogitationem perdiu ponunt. Præterea bonorum scriptorum exemplum consecutus, vel in verbis ad religiones persuasionesque pertinentibus, ubi difficilimum erat, malui interdum aliquid audere potius, quam Latinam orationem multis Græcis vocabulis inquinare. (*Nomina rerum Græca quæ convertimus* ut Cornificii verbis utar, quarto Rhetoricorum), *ea remota sunt a consuetudine : quæ enim res apud nostros non erant, earum rerum nomina non poterant esse usitata.* Designationes dignitatum, patriarcha, domesticus, drungarius, aliaque id genus, necessario retinui, tametsi ex nitidissimo Latinatis fonte haudquaquam profluxerint. Quas si (XXVII) quis aut nimia Romani sermonis religione silentio præterire, aut per circuitionem explicare voluerit, næ ille mihi imprudens, et cujus sententia minime standum sit, videtur judicandus. Versioni Leonis ad marginem exteriorem lectiones codicis sunt appositæ, sicubi vocem, a librariis manifesto corruptam, in textu recepi. Ubi dubitatio suberat, lectionem codicis in textu servavi, conjecturam meam adjeci in ora, si valde probabilem, præfixa littera *l.* hoc est *lege*, sin minus, præfixa *f. fortasse* (nam *forte* siquando impressum, est, id æquus lector oscitantiæ operarum ascribat.) In summa id egi, ut de suspicionibus meis, quam quæque probabilis sit sive vana, penes lectorem judicium relinqueretur.

XIII. Superest, ut de instituto adnotationis meæ, maxime ad Leonem, si qui vagatum me in iis latius atque deflexisse sæpenumero de via putent, apud existimatores harum rerum intelligentes et æquos paucis me purgem. Etenim intellexi tripliciter fieri posse, ut editoris in opere exsequendo sedulitas fautorem nostrorum benevolentiæ aliquatenus responderet. Uno modo, si scriptores ipsos, quales in membranis offendissem, sublatis tantum manifestis mendis, addita Latina versione, arbitrio eruditorum permitterem. Deinde, cum plurima essent nuper in Bibliotheca Regia, multa sui persint ad hanc diem, ad res Byzantinas quodammodo pertinentia, neque edita adhuc, neque unquam opinor (ut nunc sunt tempora) integra lucem visura, Vitæ Sanctorum, epistolæ fratrum devotorum, antistitum, patriarcharum, tractatus dogmatici, ascetici, polemici magno numero, annales quoque inediti, pervolutare ea studiose atque excerpere cœpi quidquid lucem afferre poterat annis sedecim qui a morte Constantini VII Porphyrogenetæ (15 Novembr. 959) ad Tzimiscem, 10 Januar. 976 veneno sublatum, effluxerunt, quorumque memoriam Leo complexus est. Ubi cum præcipue usui mihi fuerint historiæ duæ, altera Simeonis Logothetæ (vid. Harles. Bibl. Gr. VII, 685, *l.*), altera Julii Pollucis, hic facere non possum, quin Italicorum quoque eruditorum in me animum, quam singulari officio fuerit, gratus commemorem. Nam repentino

(*a*) Codex male, γυμνάζεσθαι.

(*b*) Sic codex : sed lecto capite malim finem tituli mutare sic : — κόπον, τοῦ ἄρχοντος, εἰ δυνατὸς, μένοντος αὐτοῦ.

anni 1815 tempore, cum statuæ, tabulæ, reliqua civitatum ornamenta Parisios olim convect (XXVIII) undique repetentur, accipit ut inter codices in Urbem reportandos esset Vaticanus 163, illam ipsam Julii Pollucis historiam complectens. Ibi cum intellexissent procuratores summ pontificis, me in conficiendis notis hoc codice ægre cariturum, perhumaniter negaverunt se com missuros, ut a se studiis meis obesset quidquam, permiseruntque ut usque ad editionem libri is codex Parisiis remaneret. Quocirca maximas gratias et ago et habeo viro reverendo atque ill. Marino Marni, ab intimo cubiculo summi pontificis, et archivi et apostolici Vat cani præfecto, cujus in hoc negotio eximia studiique plena officia erga me exstiterunt. Quod autem ejusmodi notionum historicarum ne sic quidem in hoc tomo permagna est accessio facta, non hercle penuriæ Bibliothecæ nostræ, sed paucitati annorum, quorum gesta tradit Leo (vide supra pag. 641, VI), tribui id velim. Ad Psellum, annorum plus centum 975-1060 memoriam persecutum, plurima ejusmodi inedita subjungere me posse te quibus vel stabilitur, vel emandatur, vel ratione multiplici amplificatur ejus narratio.

XIV. Atenin non me fugiebat, etiam ut cumulate officio meo hoc duplici nomine sa tisfacerem, tamen force ut sic neque ad litterarum Græcarum neque ad historiæ studium ita multos mei officii utilitas pertineret. Nam, cum omnino in studiis nostris, Græcis dic non sit maxima copia eorum qui, via trita relicta, interiores scrutentur ac recondita litteras, tum vero ex iis ipsis exquisite doctis quotus quisque est, qui lectionem scripto ris Byzantini ad subtiliorem cognitionem linguæ quidquam conferre putet? Historici autem homines pœne omnes vel ad veterum illorum prorsus antiquorum divinam memoriam, vel ad res nostra patrumque memoria aut subtilius et temperantius aut splendide ac mirabiliter gestas, vel certe ad origines populorum hodie vigentium illustrandas, cura omni studioque rapiuntur : pauci, iique ipsi invitius aut fastidiosius, annales excutiunt senescentis imperii ac ruituri. Quapropter per notas obtinere volui, ut paulo latius mea opera pateret, ad eosque ill pertineret qui alienores sint a rebus Byzantinis : ideoque de significatione vocum nondum satis definita parumve intellecta uberius passim disputavi in notis et fusius. Qua in re sæpius scriptorum Atticorum (XXIX) rationem habere potuissem, fortasse etiam debuissem. Verum ego in judicio (dicam enim non reverens in re obscura gloriandi suspicionem): quod in quoque plurimum est, hoc ipsum is potissimum conferre debet ad locupletanda communia studia nostra. Jam vero post complurium annorum assiduum laborem, quo catalogum codd. Græcorum in Bibliothecam maximam Parisiensem recens illatorum ad finem perduxeram, post puerilem et primam adolescentiam in hoc studiorum genere positam, neminem esse scriptorem paulo illustriorem arbitror, neque sacrum, qui a temporis Theodosianis usque ad ruinam imperii Orientalis Græce scripserit, quem non ita tractarim, ut non aliqua ejus pars in memoria mea insideret. Scholia, catenas, paraphrases, commentaria, partim minus legi solita, partim omnino nondum edita, fieri non potuit quin ita pertractarem, ut eorum aliquam certe notionem caperem. Quamobrem, si passim ex Patribus scholiatis, rhetoribus, illustrare quæstiones aliquot, adhibere phrases, locupletare Lexica, notare errores quosdam superiore memoria commissos (ea ab æqualium censura, quæ mea natura est, omnino abstinui) conatus sum, non ideo id fecerim, quod hos recentiores scriptores ullo modo comparandos esse cum antiquioribus capitalibusque ita ducebam, quos nemo, opinor, est quin crebro regustare cupiat, in iisque acquiescat : neque quod meum studiorum genus proponere in exemplum aliis, adolescentibus præcipue, velim : sed quia in eo loco in eoque munere constitutus, ut tractare ejusmodi scripta cum ad voluntatem possem, tum pro officio debeam, id malui, quod alii minus commode possent, agere, quam quod isdem æque bene atque ego, aut etiam multo me melius.

XV. Accedebat, quod in Britannia novam editionem Thesauri Stephaniani parari audiebam, ad eamque locupletandam viros doctos editioni præpositos voces nondum in Lexica receptas undique aucupari. Quare vocabula, quibus adhuc, quantum scio, Lexica carent (enotavi autem multiplici lectione complura millia), passim subjunxi, gratificans Lexicographis potius, quam quod in ejusmodi verbis addendis magnum ponendum esse momentum, aut gloriandum putem. Egi id quoque, ut vocabula phrasesque præcipue ex scriptoribus illis sumerem, qui a [XXX] sæculo tertio ad Heraclium Aug. floruerunt: nam apud hos potius aliquid integri sanique remansisse credendum est, quam apud illos qui sæc. VII et deinceps fuerunt, usque ad captam urbem. Ab historicis illustrationibus plerumque me continui. Sunt qui materia a nobis parata recte utantur, scriptores probabiles multi, aliquot etiam summi, ut componendæ historiæ clara ipsi exempla, ita comparitarum optimi judices. Velut in Germania Fredericus Christophorus SCHLOSSERUS, qui libro paucos ante annos edito impetus imperatorum, Constantinopoli sanctorum imaginum infestantium, non minore acumine quam facundia felicissime exposuit. In Russia Nicolaus KARAMSIN, historiæ probatissimæ auctor, qua patrias antiquitates rara dicendi facultate mirabiliter illustravit : et cumprimis Philippus KRUG, cui jam superius debitas gratias meritasque egi, cujus in Tentamine critico ad illustrandam chronologiam Byzantinam, Petropoli 1810 (omitto alia ejus scriptas, quæ multa sunt), perfecta rerum tum Slavicarum tum septentrionalium cognitio, summa ratione consideratissimaque prudentia adjuta, excoxit, cujus [illegible]issimis observationibus in hoc quoque opere edendo non mediocriter

me adjutum esse nunquam dissimulabo. In Gallia, omni politioris litteraturæ et antiquitatis, omni scientiarum genere excellens, Ant. Joann. LEIRONNE, multis mihi nominibus charus, non modo ingenio splendidissimo, sed κριτικῇ quoque singulari atque exquisita præstans. Neque ibi post Ameilhonis, scriptoris politi, neque post lib. Bar. de Sainte-Croix, viri venerandi, obitum, neque in Britannia post Gibbonem vita functum, desunt alii summi doctrina summoque judicio homines, in exploranda scriptorum medii ævi fide exercitati. His ego, transactis jam meis partibus, Leonem historica ratione illustrandum, si velint, trado. Mihi satis fuit, materiam illis, non indignam facultate et copia ipsorum, subjicere, interimque, in opere sic versari, ut quædam otii mei exstaret ratio, indeque litteræ Græcæ aliqua ex parte locupletarentur. Id totum consilium factumque meum si a doctis probabitur, nullo alio decorari laborem meum præmio postulo, ad aliosque Byzantinos, simili ratione edendos, minus verecunde cunctanterque, quam adhuc feci, aggrediar. Habeo enim prelo jam pridem parata Michaelis Pselli Annales, Georgii Hamartoli Chronicon, Nicephori Gregoræ libros aliquot adhuc [XXXI] ineditos, sanctorum Vitas item ineditas, historiam sæculi decimi et deinceps sequentium illustrantes, Gregorii Palamæ libellum de captivitate sua ad Thessalonicenses, aliaque id genus, quæ ut primo quoque tempore in lucem prodeant, rebus Byzantinis, Slavorumque Turcarum priscæ historiæ novam lucem allatura, fautorum hujus operis singularis munificentis sperare nos jubet.

Scribebam Paisiis in Bibliotheca Regia, Kalend. Januar. MDCCCXVIII.

ΛΕΟΝΤΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΑ,

ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΤΗΣ ΤΕΛΕΥΤΗΣ ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ, ΜΕΧΡΙ ΤΗΣ ΠΡΩΤΗΣ ΤΗΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ, ΤΟΥ ΕΠΙΛΕΓΟΜΕΝΟΥ ΤΖΙΜΙΣΚΗ.

ΒΙΒΛΙΟΝ Α'.

—

LEONIS DIACONI

HISTORIA,

INCIPIENS AB OBITU CONSTANTINI IMPERATORIS, USQUE AD OBITUM IMPERATORIS JOANNIS COGNOMENTO TZIMISCÆ.

LIBER PRIMUS.

—

ARGUMENTUM. — Laus historiæ. Leonis Diaconi genus et patria (Cap. 1). Romanus, Constantini [illegible] imperium suscipit. Constantinus Gongyles male pugnat in Creta (2). Nicephori Phocæ expe[illegible] tica. Nicephorus Pastilas in mediam insulam emissus (3) a Saracenis cæditur (4). Candi[illegible] lata (5). Nicephori Phocæ ad exercitum oratio (6). Saraceni, qui suis auxilio venerant [illegible] fugantur (7). Candia frustra oppugnata (8). Nicephorus in Creta hibernat (9).

—

1-2 1. Si quid aliud bonum magno usui in vita est, non minus quam id, imo vero etiam magis prodest historia, res utilis sane ac salutaris. Nuntia enim cum sit variorum et cujusque modi factorum, quæcumque tum cursus temporis 4 rerumque ferre soleat, tum maxime virorum in negotiis versantium voluntas, docet homines, ut apprehendant et sectentur alia, alia rejiciant a sese et aspernentur: neque propter inscientiam, neglectis inconsulte utilibus ac præstabilioribus rebus, aversandis se et noxiis implicent. Quapropter, cum in confesso sit, fructuosum quiddam esse inter alia vitæ præsidia historiam, eamdemque rebus mortalibus vitam aut juventutem restituere, neque permittere ut in oblivionis gurgites abreptæ obruantur : idcirco, quod multa mea memoria obtigerunt immania ac

A α'. [Ed. Paris. 1] Εἴπερ ἄλλο τι (1) τῶν [illegible] τὸν βίον ὀνίνησι, τούτου [1] οὐχ ἧσσον, ἀλλὰ [illegible] λον ἡ ἱστορία, ἐπωφελές τι πρᾶγμα πρᾶ[illegible] λυσιτελές. Ποικίλας γὰρ καὶ παντοδαπὰς [illegible] λουσα πράξεις, καὶ ὅσας ἡ φορὰ τοῦ χρό[illegible] τῶν πραγμάτων κυλίνδειν εἴωθεν, ἡ προαίρε[illegible] μάλιστα τῶν κεχρημένων [2] τοῖς πράγμασι, τί[illegible] ἀσπάζεσθαι καὶ ζηλοῦν τοῖς ἀνθρώποις πα[illegible] τὰς δὲ ἀποδιοπομπεῖσθαι καὶ ἀποτρέπεσθαι [illegible] λάθωσιν ἀβουλήτως τὰ μὲν ὀνησιφόρα καὶ [illegible] προηκάμενοι, τοῖς δὲ ἀπευκταίοις καὶ βλα[illegible] ἑαυτοὺς περιπείραντες. [P. 2] Ἐπεὶ οὖν λαν[illegible] ἡ ἱστορία μετὰ τῶν ἄλλων βιωφελῶν χρῆμα [illegible] ὡμολόγηται, ἅτε τὰ θνητὰ ἀναβιώσκειν ἢ [illegible] σκειν παρεχομένη, καὶ μὴ ἐῶσα τοῖς τῆς [illegible] βυθοῖς παρασύρεσθαί τε καὶ συγκαλύπτεσθαι

C. B. HASII ANNOTATIONES.

[1] τοῦτον cod. Fort. τοῦτο. [2] μάλλιστα τῶν κεχριμένων cod.

(1) Celeber scriptorum Byzantinorum locus communis, de utilitate historiæ. Leo Agathiam ut toto opere item hic imitatur, et sententiis, Ῥᾴδιον μὲν οὖν ἥκιστά ἂν εἴη ἅπαντα διεξιέναι καὶ ἀπαριθμεῖσθαι, ὁπόσων ἀγαθῶν ἡ ἱστορία τὸν βίον ἐμπεπλη[illegible] et ipsis vocabulis translatis, usque ad illa pra[illegible] Agathiæ 2, D. Εἰ μή τι καὶ μᾶλλον ὀνίνησιν.

ῦτα, πολλῶν ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ (2) πραγμά- A
ὸν ἐξαισίων καὶ ἀλλοκότων καινοτομηθέντων, καὶ
ροβερῶν κατ' οὐρανὸν δειμάτων ἐπιφανέντων, καὶ
ισμῶν ἀπίστων κινηθέντων, σκηπτῶν τε κατενε-
θέντων, καὶ ὑετῶν λάβρων καταῤῥαγέντων, πο-
έμων τε συῤῥαγέντων, καὶ στρατευμάτων πολλα-
οῦ τῆς οἰκουμένης ἐπιδραμόντων, καὶ πόλεων καὶ
ώρων μεταναστάντων, ὡς πολλοῖς δοκεῖν [a] ἀλλοίω-
ν ἄρτι τὸν βίον λαβεῖν, καὶ τὴν προσδοκωμένην δευ-
ραν κατάβασιν τοῦ Σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἐπὶ θύραις
γίζειν· ἔδοξέ μοι μὴ οὕτω φρίκης μεστὰ καὶ
ύματος ἄξια πράγματα σιγῇ παραδραμεῖν, ἀλλ'
ς τούμφανὲς [b] ἀνειπεῖν, ὡς εἶναι παίδευμα καὶ
ῖς ὕστερον· εἴ γε μὴ δεδογμένον εἴη τῇ προνοίᾳ,
τίκα καὶ κατὰ πόδας τὸ βιωτικὸν πορθμεῖον ἐν τῷ [c]
ἰς συντελείας ὁρμῳ ἐλλιμενίζειν [d], καὶ τὸ σχῆμα B
οῦ κόσμου παραγαγεῖν (3). Ἀλλά μοι εἴη τὸν ὑπὲρ
ὲ τοσοῦτον ἆθλον ἐπανῃρημένῳ, μὴ δεύτερον τῆς
οθυμίας δραμεῖν (4), ἀναλόγως δὲ τοῦ μεγέθους τῶν

mira monstra, et religiosa se aperuerunt in cœlo terricula, terræ motus item incredibiles facti sunt, fulmina jacta, imbres largi delapsi, bella commissa, exercitus huc illuc per orbem rapti, oppida et gentes alio translatæ, adeo ut multi putarent, regenerationem jamjamque subituras res humanas, exspectatumque alterum descensum Servatoris ac Dei ante fores instare; ideo visum mihi est, tam plenas horroris mirationeque dignas res silentio haud transire, sed palam proclamare, ut disciplinæ loco sint etiam posteris : si tamen non constitutum a providentia est, statim evestigio in consummationis portum deducere vitæ naviculam, speciemque mutare hujus mundi. Modo contingat mihi, quandoquidem tantum suscepi, qui supra facultates meas est, laborem, ut pone desiderium meum non relinquar, sed contra convenienter ad magnitudinem rerum gestarum memet efferam, easque quo oportet modo tradam. Historia ista, quantum in me est, singulatim

C. B. HASII ANNOTATIONES.

[a] Confer. infra 104. D. ed. Par. [b] εἰς τοῦ φανές cod. [c] τῷ] τοῖς cod. [d] ἐλλιμενίσεν cod., se infra, 4. C., λιμενίζειν (sic) διεκελεύσατο.

(2) Agathiæ 4, B. Ἐπειδὴ δὲ ἐν τῷ κατ' ἐμὲ χρόνῳ ξυνέβη μεγάλους μὲν πολέμους πολλαχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀπροσδόκητα ξυῤῥαγῆναι, et quæ sequuntur.

(3) Ex S. Paulo 1. ad Corinth. VII, 31. Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου· ubi tamen, quæ apud Leonem active, neutrali significatione intelligenda. Vide Schleusnerum Lexic. in Nov. Test. II, 92. Meliusque, opinor, Leo vel superiori phrasi præripisset ἐλλιμενίσαι, vel hic, παράγειν.

(4) Ex Agathia 5, C. ubi cusum. Ἀλλά μοι ἄξιόν τι δρᾶσαι τῆς προθυμίας. Corrige ex Leone, quod sensus omnino postulat, Ἀλλά μοι εἴη, ἄξιόν τι δρ. τῆς πρ. « Modo contingat mihi, ut effiiciam aliquid dignum desiderii mei, *sive*, studii mei. » Locis, ubi εἰ sequente infinitivo votum significat, nihil est usitatius frequentius. Vide Viger. De idiotism. 237. Plutarch. M. Bruto 1002. E. Εἴη μὲν, ὦ Βροῦτε, νικᾷν. Josephus Antiquit. Jud. 645, C. 670, G. Eadem vox, εἰ, restituenda loco concilii Lateranens. III. 864, . Ἀλλ' ἔνθαπερ ἂν ὁ τοῦ πῶς εἶναί τισι ἑτεροφυὴς (sic) ναι λόγος. Scribendum, ἑτεροφανὴς εἴη λόγος, ex . Cyrillo Dialog. de S. Trinitat. V. 1. 468, C. unde æc petita sunt. Simul corrige proxime præcedenta Actis ejusd. Concilii, 863, A. mire ab interprete ranslata : « Quod eamdem naturam habet secundum operationem et indissimiliter æquale est, non habebit ex parte quidquam, de qua creata sunt. » menda : « Quod ejusdem speciei operationem habet et æquale est sine ulla differentia, id quibusdam in rebus differentiam habere non potest. » lam sic verti debent Græca illa : Τὸ ταὐτοειδὲς κατ' ἐνέργειαν καὶ ἀπαραλλάκτως ἴσον, οὐκ ἂν ἔχοι διαφορὰν ἐπί τισι τῶν ὄντων. Tametsi apud S. Cyrillum, unde hæc item translata sunt, paulo aliter se habeant. Adde, ejusdem vocis, εἴη, formam pluralem, εἶεν, vel εἶεν ἄν, interdum sic adhiberi, ut vertenda sit, *significant*, *intelligi possunt*. Quod moneo, quia in eo nonnulli suboffenderunt. Velut in loco corrupto Eusebii In Psal. I. 388, E. Εἶεν ἄν πόλις τῆς Ἰουδαίας ; Δι' ἃς ἀκολούθως τῇ ἐπουρανίῳ λιών αἱ πολλαὶ παρὰ τῷ Πατρὶ μοναί. Vertit Montefalconius : *Fueritne Judææ civitas ? Sed consequenter dicamus, esse cœlestem Sion, ubi mansiones apud Patrem multæ*. Legendum, εἶεν ἄν πόλεις τῆς Ἰουδαίας ἀκολούθως τῇ ἐπ., ut sit sensus : *His vocabulis*, civitates Judææ, *consequenter ad cœlestem Sion* (de qua proxime supra), « intelligi possunt « multæ illæ, quæ apud Patrem exstant, mansiones. » Itaque non male Gentianus Hervetus reddidit locum S. Gregorii Nysseni In Cantic, canticor. I. 552. A. Εἶεν δ' ἂν οὗτοι τάχα μὲν αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις, αἳ, κ.τ.λ. « Ii autem forte fuerint angelicæ potestates, « quæ, » etc. Eamdem significationem habet verbum ἐστί, nisi quod magis affirmet. S. Athanasius Orat. II. contra Arian. I. 525, C. Ὅτι δὲ τὸ, ἐν ἀρχῇ ἐποίησε... τὸ ἤρξατο ποιεῖν ἐστι, « *quod hæc verba*, in principio fecit .. *idem significent ac*, cœpit facere » Ubi iterum Montefalconius paululum erravit. Eodem sensu adhibentur a scholiastis commentatoribusque Græcis verba ἐξακούω, λαμβάνω, μεταλαμβάνω, sicut *accipere* apud Latinos, ut sint vertenda *exponere*, *interpretari*, sensu præsertim allegorico et anagogico. De verbo ἐξακούω posterius. Significationis vocum λαμβάνω et μεταλαμβάνω, quarum utraque in Lexico summi viri Schneideri notata exstat, ponam hic quædam exempla. S. Basilius Comment. in Isaiam, I, 889, A. Τὸ γὰρ Βασὰν εἰς τὴν αἰσχύνην μεταλαμβάνουσιν· *Basan enim interpretantur ignominiam*. Eustathius, 1396, 27. Τὸν Ὀδυσσέα μὲν εἰς φιλόσοφον οἱ παλαιοὶ μεταλαμβάνουσιν, « philosophum per allegoriam significare aiunt. » Plenior phrasis apud S. Gregorium Nyssenum In Cantic. canticor. I. 544. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα μεταλαμβάνων εἰς τροπικὴν σημασίαν. Vide quoque Eusebium Præparat. Evangel. 310, C. ; 474, B. ; 516, B. Verbum λαμβάνω sic usurpat Origenes Contra Cels. 318, C. Τοῦ ὁρᾶσθαι λαμβανομένου πνευματικῶς· « cum videre intelligitur « spiritualiter. » Idem In Matth. I. 484. E. Δύνανται οἱ Φαρισαῖοι λαμβάνεσθαι εἰς τοὺς διδασκάλους τῶν Ἰουδαϊκῶν παραδόσεων· « Pharisæorum nomine intel- « ligere possumus doctores traditionum Judaicarum. « *Huetius perperam :* Pharisæi docendis Judæorum « traditionibus assumi possunt. » Concil. Ephesinum, 1282, B. Ἐπὶ δὲ τῆς θεότητος ταῦτα καὶ ψευδῆ λαμβανόμενα, καὶ ἡμῖν ὡς συκοφάνταις δικαίας κατακρίσεως αἴτια. Ubi vulgatus interpres omnino nihil vidit,

ΛΕΟΝΤΟ

I

ΑΡΧΟΜΕΝΗ ΑΠΟ ΤΗΣ ΤΕΛΕΥΤΗΣ Τ
ΤΗΣ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΑΥ

LE

INCIPIENS AB OBI

ARGUMENTUM. — Laus
imperium suscipi
tica. Nicephorus
lata (5). Nicepho
fugantur (7). Ca

1-3 1. Si qui
est, non minu
prodest histo
tia enim cun
rum, quæcur
ferre soleat
santium vo
et sectentu
neque pr
utilibus e
et noxiis
sit, fruc
sidia hi
aut juv
oblivio
quod

ντάξας Λέων A Tmoli clivos sito, circa fontem Caystri fluminis,
κλόη, χωρίων quod, Celbianum præterlabens et jucundissimam
ὰς κλιτὺς τοῦ offerens spectantibus admirabilitatem, in claræ ac
ὰς τοῦ Καὺ- nobilis Ephesi sinum æstuario effecto transit. Sed
παραβρέων καὶ jam veniamus ad publicarum rerum narrationem,
6. Constituit igitur, per aspera atque ancipitia loca minime subire periculum. Proinde revocato exercitu Constantinopolim revertit, et Calocyrem, patricia dignitate auctum, temerarium præterea calentisque ingenii hominem, ad Tauroscythas, quos vulgaris lingua Russos nominare consuevit, misit, ut his aurum distribueret a se illi traditum, ad centenaria quindecim pondo, eosque in Mœsorum fines perduceret, quos occuparent. Ita Calocyres quidem ad Tauroscythas profectus est: ipse in circum oscendens equestres ludos editurus consedit. Inter quæ imperavit scholis, ut in arenam descendentes inque acies oppositas separatæ, districtis gladiis per ludum inter se concurrerent, ad bellumque ita exercerentur. Constantinopolitani vero, rei militaris ignari, gladiorum fulgore pertimefacti, simulque militum concursum strepitumque veriti, atque ob spectaculi novitatem formidine affecti, in fugam se conjecerunt, ad suosque quisque lares cursim perrexit. Ibi impulsu temere ruentium haud exigua strages facta est, conculcatis suffocatisque misere plurimis. Hæc calamitas odii civitatis in **64** imperatorem origo exstitit. Accessit fratris ejus Leonis Curopalatæ iniquitas: qui virili militarique vitæ genere relicto ad sedentarium et quæstuosum se transtulerat, hiansque avaritia atque cupiditate cum annonæ angustias inferebat, tum rerum necessariarum immanem penuriam. Parvo enim emptum frumentum vendebat magno. Manabatque susurratio per civitatem, querelas spargente plebe, quasi geminum par fratrum, publicas calamitates quæstui habens, in eamdem turgentem peram corrivaret

B ζ'. Ἔγνω οὖν, μὴ διὰ δυσεμβόλων καὶ περισφαλῶν χωρίων διακινδυνεύειν. Ὅθεν ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν πρὸς τὸ Βυζάντιον ἤλαυνε, καὶ Καλοκύρῃ, ἐκεῖνον τῷ τῶν πατρικίων τιμήσας ἀξιώματι, ἄνδρα ὁρμητίαν τηνάλλως καὶ θερμουργὸν, ἐς τοὺς Ταυροσκύθας ἐξέπεμψεν, οὓς ἡ κοινὴ διάλεκτος Ῥῶς εἴωθεν ὀνομάζειν, ἐφ' ᾧ διανείμαντα τούτοις [P. 31] χρυσὸν, ὃν αὐτῷ ἐνεχείρισεν, εἰς κεντηνάρια πεντεκαίδεκα (48) συγκεφαλαιούμενον, ἐς τὴν χώραν καταγαγεῖν τῶν Μυσῶν, ἑαυτὴν αἱρήσοντας. Ἀλλ' ὁ μὲν Καλοκύρης ἐς τοὺς Ταυροσκύθας ἠπείγετο· αὐτὸς δὲ παρὰ τὸ θέατρον ἀναβὰς, ἱππικὸν ἀγῶνα καθῆστο τελῶν. Καὶ δῆτα τοῖς περὶ αὐτὸν στρατιώταις ἐκέλευε, καταβάντας ἐπὶ τὸ στάδιον καὶ εἰς ἀντιπάλους ἀποκριθέντας φάλαγγας σπασαμένους τὰ

C ξίφη, κατὰ παιδιὰν ἐπαλλήλοις [41] χωρεῖν, καὶ ταύτῃ γυμνάσασθαι πρὸς τὸν πόλεμον. Βυζάντιοι δὲ, πολεμικῶν ἔργων ἀγνῶτες τυγχάνοντες (49), τὴν τῶν ξιφῶν καταπλαγέντες αὐγὴν, καὶ τὴν ὄψιν τῶν στρατιωτῶν ὁρμὴν καὶ τὸν πάταγον ὑποδείσαντες, ἐκδειματωθέντες δὲ τῷ καινῷ τοῦ θεάματος, εἰς φυγὴν ἐτράποντο καὶ πρὸς τὰς σφῶν οἰκίας ἀπέτρεχον. Ἐκ δὲ τοῦ ὠθισμοῦ καὶ τῆς ἀτάκτου φορᾶς [42] οὐκ ὀλίγος φόνος συμβέβηκε, πλείστων συμπατηθέντων καὶ ἀποπνιγέντων οἰκτρῶς. Τοῦτο τὸ δρᾶμα μίσους [43] ἀφορμή τις γέγονε Βυζαντίου πρὸς τὸν αὐτοκράτορα. Ταύτῃ παρείπετο καὶ τὸ τοῦ συναίμου αὐτοῦ Λέοντος καὶ κουροπαλάτου πλημμελὲς ὅστις τὸν ἀνδρώδη καὶ στρατιωτικὸν αὐτοῦ βίον παρωσάμενος πρὸς τὸν ἀστικὸν καὶ φιλοκερδῆ μετετάξατο, ἥττων τε χρημάτων καὶ λημμάτων γενόμενος, σιτοδείαν εἰργάσατο καὶ σπάνιν τῶν ἀναγκαίων

D

C. B. HASII ANNOTATIONES.

[39] πάντη — ἐστήρικται. Iliad. II. 111. [40] συραγγώδης cod. [41] Fort. ἐπ' ἀλλήλοις. [42] φθορᾶς cod. [43] μίσος cod.

gusto an. 968. in expeditionem Syriacam proficiscentem conspexit. Cæterum hæc et sequentia usque ad finem capitis plerumque ex Combefisiana versione sunt, Pagi IV. 13.

(46) Vox et Leoni adamata et Agathiæ 37. C. 52. C. 134. B.

(47) De Æmi convallibus umbrosis oratorie multa Theophylactus Simocatta Histor. 46. A. et ante eum Livius lib. XL. cap. 22. Splendide Virgilius Georg. II. 488:

. . . . . *O qui me gelidis in vallibus Æmi*
Sistat et ingenti ramorum protegat umbra!

(48) De hujus pecuniæ summa Schloezerus Nestors *Annalen* V. 130 5. de centenariis præter Ducangium Glossar. Gr. I. 633. C. Reiskius Comment. ad Cœrimon. aulæ Byzant. II. 44. A.

(49) Agathias 33. C. ἀγνῶτες τὰ πολέμια· confer quoque 76. D. et 105. B.

ἀφιλάνθρωπον. Ὀλίγου γὰρ τὸν σῖτον ὠνούμενος ἀπεδίδου πολλοῦ. Καὶ ψιθυρισμὸς ἀνὰ τὸ ἄστο ἐχώρει, καταδοώντων τῶν ἀστικῶν, εἰ τὰς τοῦ κοινοῦ συμφορὰς ἴδια κέρδη ποιήσειεν τῶν αὐταδέλφων ἡ ξυνωρίς, ἐς τὴν κερδαίνουσαν συνωθοῦσα πήραν τὰ τῶν πολλῶν. Καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς φόρους τοὺς μήπω ἐπινοηθέντας (50) ἀπαραιτήτως ἐκαινοτόμει, ἐς τὸ στρατιωτικὸν λέγων χρημάτων ὅτι δεῖσθαι συχνῶν, καὶ τούτοις κατέτρυχε τὸ ὑπήκοον. Λέγεται δὲ, εἴτε πρὸς τῶν τὰ μετέωρα περισκοπούντων τινὸς, εἴτε καὶ τῶν μονάδα βίον ἐπαγγρημένων καὶ ἄζυγα, διενωτισθῆναι τὸν αὐτοκράτορα, ὡς παρὰ τὴν βασίλειον ἑστίαν ἐκπλήσει τὸν βίον, ἀναιρεθεὶς παρὰ τῶν ὁμοεθνῶν. Περιδεὴς οὖν τῷ χρησμῷ γεγονὼς, περίβολον ἐκ τοῦ θατέρου μέρους τοῦ ἀρξάμενος, κατὰ θάτερον πρὸς θάλατταν συνεπέρανε, καὶ τεῖχος τὸ νῦν ὁρώμενον ὑψηλόν τε καὶ ὀχυρὸν ἐδομήσατο, καὶ τὴν βασίλειον ἑστίαν, ὡς ὑπετόπαζεν, ἠσφαλίσατο. A

[P. 40] ζ'. Πρόκεινσον δὲ κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν κατὰ τὸ εἰθισμένον ἔξω τειχῶν ἐπὶ τὴν καλουμένην Πηγὴν ποιησαμένου τοῦ βασιλέως (νεὼς δὲ τούτῳ περικαλλὴς τῇ Θεοτόκῳ δεδόμηται), διαμάχη τις μεταξὺ Βυζαντίων καὶ Ἀρμενίων συνέβαινεν, ὡς πολλοὺς πρὸς τῶν Ἀρμενίων τρωθῆναι τῶν ἀστικῶν. Ἄρτι δὲ πρὸς ἑσπέραν ἐπὶ τὰ ἀνάκτορα τοῦ βασιλέως ἐλαύνοντος, ὕβρεσι, κἀκ τοῦ ἀναφανδὸν ἐχρῶντο Βυζάντιον. Καί τι γύναιον σὺν τῷ θυγατρίῳ εἰς τοσαύτην ἀπόνοιαν ἦλασεν, ὡς τοῦ στέγους προκύψαι καὶ λίθους βαλεῖν κατὰ τοῦ ἄνακτος. Ὅ καὶ τῇ ὑστεραίᾳ πρὸς τοῦ πραίτωρος ληφθὲν δίκας μετὰ τοῦ θυγατρίου ἀπέτισεν, ἐπί τι προάστειον πυρὸς γεγονὸς ἀνάλωμα, Ἀναράτας [44] καλούμενον. Τότε δὴ καὶ αὐτὸς ἐπεχωριάζον ὁ ταῦτα γράφοντι [45] Βυζάντιος, ἐπὶ λόγων συλλογήν τε καὶ παίδευσιν, μειράκιον ὤν. Ἔφιππόν τε τὸν αὐτοκράτορα Νικηφόρον βάδην ἰόντα βλέπων διὰ τοῦ ἄστεος, καὶ ἀπερικτύπητον (51) ταῖς τοσαύταις ὕβρεσι πέλοντα, καὶ τὸ φρόνημα σταθηρὸν διασώζοντα, καὶ ὡς μή τινος ἐπισυμβάντος καινοῦ διακείμενον, ἐτε- B C

bona multitudinis. Quin etiam imperator tributa nunquam antehac excogitata inexorabili aviditate comminiscebatur, ad militares sumptus dictitans opus sibi esse pecuniam permagnam tributisque illis vexabat subditos. Aiunt autem, sive astrologorum aliquo divinante, sive quodam monachorum cælibemque vitam profitentium, in imperatoris aurem venisse, vitam illi in palatio explendam, a civibusque suis eum necatum iri. Qua prædictione timidus factus, munitionem ab altera parte palatii in mare vergente ad alterum item mare spectantem perduxit, muroque qui adhuc cernitur sublimi sane ac firmo exstructo imperatorium limen tutum, ut arbitrabatur, reddidit.

7. Ascensione autem Servatoris, cum imperator pompam more solito extra muros ad Pegam, quam vocant, ageret (templum ibi miræ pulchritudinis Deiparæ ædificatum est), pugna Constantinopolitanos inter et Armenios **65** facta est, adeo ut urbani complures ab Armeniis consauciarentur. Jamque sub vesperum cum ad palatium imperator rediret, convicia palam in eum jactavit urbana plebs. Quin etiam muliercula simul cum filiola ipsius eo amentiæ processit, ut ex tecto prospiciens lapidibus appeteret principem. Quanquam illa quidem, postridie ejus diei a prætore comprehensa, pœnas una cum filiola luens in suburbio. Anarata nomine, igne cremata est. Tunc et ego commorabar, qui hæc scribo, in urbe Byzantis, litterarum perdiscendarum eruditionisque studio, adolescentulus cum essem. Ita imperatorem Nicephorum in equo gradatim per urbem euntem conspicatus, quod et imperturbatus tantis contumeliis esset, et mentem constantem retineret, perinde ac si nihil accidisset novi affectus, admirabar tranquillitatem viri, quemadmodum

C. B. HASII ANNOTATIONES.

[44] Leg. Ονωράτας s. Ὀνωράτοις. Vid. Ducangium Constantinop. Christian. 184 D. [45] γράφοντι. Sic cod., sed fere non dubito quin legendum sit γράφων τῇ Βύζαντος, atque ita verti.

(50) Aliam causam Cedrenus addit II. 658. B. nimium bellandi amorem Nicephori, quodque subditos in continuas expeditiones raptos male mulctaret. Sic enim intelligenda illa, πρὸς Ταξείδιον συνεχῶς ἐξιών· quod *ad Taxeidium assidue veniens* vertit Xylander, homo ut lingua Attica cum primis doctus, ita Græcitatis mediæ et infimæ rerumque Byzantinarum omnino rudis: inque annotationibus 23. D. Taxidium locum fuisse vult, ubi vectigalium rationes ducerentur. Neque Goar, qui Nott. posterioribus 53. D. Xylandrum carpens ταξείδιον *navigationem seu iter mari conficiendum* interpretatur, ab omni immunis errore est. Nam apud Cedrenum scriptoresque huic ætate suppares ταξείδιον s. ταξίδιον valet *expeditionem bellicam:* vide loca apud Ducang. Glossar. II. 1528. B. Inde ταξιδιάρτιος sive ταξιδιάρης, de imperatore, *expeditionarium*, ut ita dicam, significat: hoc est, expeditiones crebras suscipientem, adeoque *bellatorem*. Neque audiendus apud Ducang. Nicol. Alemannus, *ordinarius* hanc v. interpretans aut *gregarius*, sicque appellari opinatus imperatores, quotquot sago militari deposito purpuram induerint. Chronicon ms. de reb. Byzantinis: Κωνσταντῖνος ὁ υἱὸς αὐτοῦ [nempe Constantini M.] ταξειδάρης. Et inferius: Λέων ὁ υἱὸς αὐτοῦ [Basilii Macedonis], ὁ φιλόσοφος, χρόνους κε', μῆνας ὀκτώ· ὀρθοδοξος, ταξειδάρης. Idem de Joanne Comneno: Ἰωάννης ὁ υἱὸς αὐτοῦ [Alexii Comneni]; ὁ εὐσεβὴς καὶ ἐλεήμων, χρόνους κδ', μῆνας ζ', ἡμέρας κδ'· ὀρθόδοξος, ταξειδάρης. Item de Manuele successore: Μανουὴλ ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὁ Πορφυρογέννητος, χρόνους λζ', μῆνας ε', ἡμέρας γ'· ὀρθόδοξος, ταξειδάρης. Quorum quatuor imperatorum nullus miles gregarius fuit, antequam purpuram sumeret. In voce ταξείδιον vertenda similiter lapsi sunt Levenklavius ad Glycam, 307. C. Reiskius ad Constantin. Porphyrogen. Cærimon. Byzant. II. 352. D 354. C. idemque in vertendo ταξεῶται 354. B. 355. A. C. D

(51) De hoc vocabulo vide Suidam. I. 235. B.

ejus dignitas impavidum in rebus asperis animum conservabat. Cæterum seditionem nox superveniens discussit. Atque imperator, ut semper fuerat magnanimus, neque facile se permittebat iracundiæ, petulantiam, qua pridie in se invecta erat plebs urbana, quod ebrietati potius quam impetui temerario vulgi tribuendam putabat, oblivione insepelivit. Rursus vero igniferas triremes tuto saburratas, onerariasque prægrandes militibus armisque refertas, in Siciliam misit: classi Nicetam, pium et venerandum [66] hominem, quamvis spadonem, ducem præposuit; equestri militiæ Manuelem, consobrinum suum et ipsum patriciorum dignitate ornatum virum calentis ingenii, rigidum, cæco impetu ferri consuetum. Hi postquam transmisso mari supero Siciliam attigerunt, exposito exercitu aciem instruxerunt, tanta felicitate usi a principio, ut primo quasi incursu nobiles ac præclaras Syracusas Himeramque occuparent, præterque ea Taurominium et Leontinos incruenti tenerent. Verum tantum aberat, ut infida fortuna in finem usque eis velificans aspiraret, ut valide infesteque reflans fluctibus res eorum obrueret. Id oratio jam dilucide demonstrabit.

A θήπειν τὸ ἀκατάπληκτον τοῦ ἀνδρὸς, ὅπως ἄπρεπτον παρὰ τὰ δεινὰ τὴν ψυχὴν [46] συνετήρει εὐγένειαν. Ἀλλὰ ἡ μὲν στάσιν ἡ νὺξ ἐπελθοῦσα διέλυσεν· ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ ἄλλως μεγαλόφρων τε ὢν, καὶ οὐκ εὔκολος [47] εἶχειν ὀργῇ, τὰ τῇ προτεραίᾳ εἰς αὐτὸν πεπαρφυνημένα παρὰ τῶν ἀστικῶν ἔργον μᾶλλον μέθης ἢ φορᾶς ἀτάκτου λαοῦ λογισάμενος, τῇ λήθῃ παρέπεμψεν. Αὖθις δὲ πυρφόρους τριήρεις ἀσφαλῶς ἐρματίσας, καὶ μυριοφόρους ὁλκάδας στρατιωτῶν καὶ ὅπλων γεμίσας, ἐς Σικελίαν ἔστελλε (52), τὸν μὲν ναυτικοῦ Νικήταν ἐν πατρικίοις τελοῦντα θεοφιλῆ καὶ σεβάσμιον ἄνθρωπον, εἰ καὶ τομίας ἐτύγχανε, προχειρισάμενος στρατηγόν· τῆς δὲ πεζικῆς παρατάξεως Μανουὴλ, αὐτανέψιον αὐτοῦ, τῶν πατρικίων καὶ αὐτὸν ἀξιώματι διαπρέποντα, B ἄνδρα θερμουργὸν καὶ αὐθέκαστον, καὶ ἀπειρεσίαν φορᾷ εἴκοντα. Ἐπεὶ δὲ περαιωσάμενοι τὸν Ἀδρίαν τῆς Σικελίας προσέσχον, τῶν πορθμείων ἀποβάντων εἰς φάλαγγα παρετάττοντο, καὶ τοσαύτης εὐετηρίας ἀπέλαυσαν παρὰ τὴν ἀρχὴν, ὡς αὐτοβοεὶ τὰς κλεινὰς καὶ περιπύστους Συρακούσας (53) ἑλεῖν καὶ Ἱμέραν, καὶ προσέτι Ταυρομένιον καὶ Λεοντίνους ἀναιμωτὶ παραστήσασθαι. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἔμελλεν ἡ βάσανος τύχη διὰ τέλους πλησίστιος αὐτοῖς ἐπιπνεῖν, σφοδρὸν δὲ καὶ ἄγριον ἀντιπνεύσασα, ὑποβρύχια τὰ πράγματα τέθεικε. Δηλώσει δὲ ταῦτα ὁ λόγος ἐξῆς σαφῶς.

C. B. HASII ANNOTATIONES.

[46] Leg. τὴν ψυχικὴν vel ψυχῆς. [47] εὐκόλως cod.

(52) Eidem expeditioni interfuit S. Nicephorus, diversus a S. Nicephoro circa an. 806. Constantinopoli patriarcha: tametsi in hujus nostri Nicephori vita ms, (in Cod. Reg. 1181.) post verba: Βίος τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου, antiqua scriptura erasa, nova superaddita sit, ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως [sic]. Inde error manavit in Catalog. Codd. mss. Græc. Biblioth. Reg. II, 227. D. Etenim Nicephorus hic est episcopus Mileti ille, cujus vitam a Combefisio ad Henschenium missam esse Le Quien Orient. Chr. I. 920. A. ait' inter Acta SS. edendam. Is vico maximo et celeberrimo, Basilii nomine, thematis Buccellariorum ortus (*a*): χώρας μὲν τῆς τῶν Μαριανδυνῶν ὥρμητο ἐξ' οὗ Βουκελλαρίων· τούτῳ γὰρ νῦν μᾶλλον τῷ ὀνόματι κέκληται· κώμη δ' αὐτῷ μεγίστη τε καὶ πολυανθρωποτάτη, Βασίλειον προσαγορευομένη· Coli ὑπὸ Μαγίστρου τοῦ Μωσελλοῦ institutus, inque collegium clericorum palatii cooptatus, postea ut consiliarius rerumque spiritualium curator exercitum Nicetæ in Siciliam comitatus est. Ubi male rem cessuram cum ei multa præsagivissent, et proprium acumen et ducum nequitia, et sancti cujusdam circa fretum Siculum tunc sedentis, Prasinacii nomine, valicinatio, post cladem reversus in Græciam, posthac episcopus Mileti factus est. Audiamus verba Græca: Καὶ ἄλλοτε ἄλλων κατὰ καιροὺς τὸ τῆς βασιλείας κράτος διαδεξαμένων, ὁ πολὺς τὴν ἀνδρείαν Νικηφόρος τῶν σκήπτρων ἐγκρατὴς γεγονὼς, πέμπει κατὰ τῆς Σικελίας στρατὸν, στρατηγὸν τῶν ὅλων Νικήταν κατστησάμενος, ἀδελφὸν ὄντα τοῦ τηνικάδε πρώτου τῶν θεραπόντων τοῦ βασιλέως. Ἐπεὶ τοίνυν ἔδει τινὰ συναπελθεῖν τῷ στρατῷ τῶν ἐπ' ἀρετῇ γνωρίμων καὶ διαβοήτων, ἵνα τὰ πρὸς θεὸν αὐτοῖς εἴη, καὶ τὴν ἀναίμακτον τελοίη λατρείαν, καὶ σύμβουλος δεξιὸς τῷ κρατοῦντι παρείη, τίνα τοῦτον C ἄλλον ἔχρῆν εἶναι, ἢ πάντως τὸ πάντων τῶν καλῶν καταγώγιον, Νικηφόρον τὸν μέγιστον; Διὸ καὶ συναπαίρει τούτοις, πιθήσας τῇ ἀξιώσει τοῦ βασιλέως. Πταίσαντος δὲ τοῦ στρατοῦ καθ' ὃν τρόπον οἶδε μὲν ὁ πάντα πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπιστάμενος θεὸς, οἶδε δὲ καὶ ὁ ταῦτα συγγράφων (κατὰ γὰρ τὸ λεγόμενον τὰ δράματα γέγονεν), οὐ βούλεται δὲ παραφωνῆσαι γράφειαν, εἰ καὶ ἄλλως τῇ ἱστορίᾳ ἁρμόδια· τὴν βαρεῖαν καὶ ἐλεεινὴν ἠττηθέντων ἧτταν, πάντως τι σχεδὸν βαρβαρικῆς χειρὸς καὶ διανοίας παρανάλωμα γεγονότων, καὶ μόνου ζωγρηθέντος αἰχμαλώτου τοῦ προειρημένου Νικήτα· ἐπέζευε γὰρ· πρόγνους ὁ καθαρὸς Νικηφόρος τὰ πραχθησόμενα, ὧν, ὡς λέλεκται, καὶ αὐτὸς κατὰ τὴν Σικελίαν αὐτήν· τὸ μὲν, ἀπὸ τῆς οἰκείας μάλα συνέσεως· ἰώρα γὰρ ἀναγωγίαν πλείστην τῶν στρατηγῶν· τὸ δὲ, καὶ ἀπό τινος τῶν ἐν τῇ χώρᾳ θεοπτικῶς (πλεονεκτεῖ γὰρ καὶ τῇ τούτων φορᾷ τῆς ἄλλης εὐθηνίας οὐκ ἔλαττον), τὸν ἐγχωρίως Πρασινακίου καλουμένου, αὐτου που κατασκηνοῦντος τὸ τηνικαῦτα πρὸς τῷ πορθμῷ, καὶ D ταῖς ἐνθέοις ἀρεταῖς περιφανῶς διαλάμποντος· οὐκ ἔχων ὅ τι καὶ δράσειεν ἐπ' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ἐπανιὼν ἐπεδίδου τὴν θείαν ἐργασίαν, πάσῃ τέχνῃ καὶ σπουδῇ χρώμενος πρὸς τὴν ἑαυτοῦ ἀποθέωσιν. Ex ascriptis, cladem Nicetæ illustrantibus, patet præterea, auctorem Vitæ illius Siculum fuisse juxtaque ejus civitatem, Tauromenitanam fortasse. Romanos tunc male pugnasse. Ipsam expeditionem ad a. 965. refert Lupus Protospata apud Muratori Scriptt. Ital. V. 39. B. (ubi pro *Manuyci* leg. fort *Manuili*): quoque consentit Luitprandus Leg. ad Niceph. 150. C. scribens triennio ante a 968. quo ipse fuit Constantinopoli, Manuelem a Saracenis fusum.

(53) Combefisius vertit IV. 13: *clausas urbes longe celebres*: videtur legisse: κλείστάς.

(*a*) Cod. Reg. 1181, fol. 199 *recto*.

[P. 41] η'. Σικελιῶται πρὸς τοσαύτην ῥοπὴν καὶ ἀνανταγώνιστα τῶν Ῥωμαίων φρονήματα οὐχ οἷοί τε ὄντες ἀντικαθίστασθαι, τὰς πόλεις ἀπολιπόντες τὰς δυσχωρίας ὑπῆσαν, καὶ ἐπὶ τόπων ἐπικαίρων (54) ἠθροίζοντο· Κρημνώδης γὰρ ὡς τὰ πολλὰ καὶ δενδρώδης ἡ νῆσος, ἱκανή τε τῷ βουλομένῳ φρουρὰν αὐτοσχέδιον ἐπιχορηγεῖν. Ὁ τοίνυν Μανουὴλ, δέον αὐτῷ τὰς πόλεις παρειληφότα φρουρεῖν καὶ χώραν, ὅση εὔβοτος ἦν καὶ ἱππήλατος, ἀπείργειν τε τοὺς φυγάδας χιλῶν καὶ τῶν ἄλλων βρωτῶν· οὕτω γὰρ τῷ λιμώττειν τρυχόμενοι δυεῖν θάτερον ἔπαθον ἄν, ἢ Ῥωμαίοις ἑαυτοὺς ἐνεχείρισαν, ἢ σπάνει τῶν ἀναγκαίων διαπεφωνήκεισαν· ὁ δὲ, ὁρμητίας τε ὤν (55), καὶ σφαδάζων θυμῷ καὶ νεότητι, τὸ δραστήριον δὲ καὶ ἐπήβολον οὐ πάνυ δεόντως προσκεκτημένος, ταῖς προβάσαις ἤδη νίκαις ὑπὲρ τὸ εἰκὸς ἐπαρθεὶς [48], διὰ τῶν ἐπισφαλῶν ἐκείνων χώρων ἐπῄει τοὺς φυγάδας ἀνερευνώμενος. Ἄρτι δὲ κατὰ τὴν δυσχωρίαν διαλυθείσης τῆς φάλαγγος, καὶ διὰ σκοπέλων καὶ χηραμῶν ἀσυντάκτως χωρούσης, προλοχίσαντες τοὺς ἄνδρας οἱ Βάρβαροι, πατάγῳ καὶ ἀσήμοις φωναῖς τῶν λόχων διανίσταντο, καὶ αὐτοῖς αἰφνίδιον ἐπετίθεντο. Οἱ δὲ τῷ ἀπροσδοκήτῳ καταπλαγέντες (56), καὶ μηδὲ τὸ ἡλιακὸν φῶς τῷ συν ηρεφεῖ τῆς λόχμης ἐώμενοι καθορᾷν (57), εἰς φυγὴν ἀπέκλιναν· οἱ δὲ Βάρβαροι ἐπιτεθέντες ἀνῄρουν τούτους ἀνηλεῶς, ὥς τινα θύματα· τηνικαῦτα δὲ κτείνειν τοὺς ἄνδρας ἀπείχοντο, ὅτε τούτοις ἡ τε δύναμις καὶ ὁ θυμὸς ἀπηγόρευσεν. Ἀνῃρέθη δὲ καὶ αὐτὸς ὁ Μανουὴλ· ὅσοι δὲ τῶν Ῥωμαίων τὰ ξίφη διέφυγον, ζωγρίαι πρὸς τῶν Ἀγαρηνῶν ἡλίσκοντο. Οἱ δὲ, ἐπεὶ τὸν πεζὸν στρατὸν παρεστήσαντο, ἐπὶ τὴν ἡϊόνα ταχυδρομήσαντες, ἵνα αἱ Ῥωμαϊκαὶ τριήρεις ὑφώρμουν, ἐγκρατεῖς ἐξ ἐφόδου τῶν πλείστων ἐγίνοντο· ἦλω δὲ ταὶ ὁ πατρίκιος Νικήτας (58), καὶ

8. Siculi cum tantæ vi atque insuperabilibus Romanorum animis resistere non possent, relictis oppidis, angustias montium subierunt, locis idoneis conglobati. Nam aspera plerumque arboribusque vestita est insula, atque præsidium tumultuarium injicere volenti peropportuna. Manuel igitur, cum debuisset capta oppida atque regionem, quatenus pascua erat atque equitabilis, custodire, fugitivosque pabulo cibariisque reliquis prohibere: sic enim fame exhaustis duorum alterum necessario evenisset, ut vel se ipsos Romanis traderent, vel interirent necessariorum penuria: is vero, ut erat temerarius, animis et juventute ferox, industria et intellectu **67** parum præditus: superioribusque victoriis præter modum elatus, per salebrosa loca illa successit, fugientes investigans. Jam vero in angustiis dissoluta phalange, ac per scopulos specusque incomposite transeunte, præstolantes illis insidiatores Barbari, strepitu inconditisque vocibus e latebris consurgunt, ipsos derepente adoriuntur. Nostri, nec opinata re conturbati, cum vix solis lucem præ continuatione frondium videre possent, fugæ se mandaverunt: quos Barbari irruentes crudeliter conciderunt, victimarum ritu; neque prius occidere milites desierunt, nisi cum eos vires et ira deficerent. Ibidem ipse Manuel interfectus est: Romanorum quotquot gladii aciem effugerunt, viri ab Agarenis capti sunt. Hostes terrestribus copiis deletis, ad littus decurrerunt, ubi Romanæ triremes in ancoris stabant, quarum plerisque primo impetu potiti sunt. Captus quoque et Nicetas patricius, Afrorumque regi transmissus. Ita ex tanto exercitu pauci imminuto numero elapsi ad Nicephorum imperatorem pervenerunt: qui tantarum copiarum interitu cognito contristatus quidem est animoque tam magnam calami-

C. B. HASII ANNOTATIONES.

[48] ἐπαρθείς. Vid. supra 36. B. ταῖς κατὰ Ῥωμαίων ἤδη προβάσαις νίκαις ἐπαιρόμενοι.

(54) Τὰ ἐπίκαιρα τῶν χωρίων Agathias 100. C.

(55) Vox ὁρμητίας, *impetuosus*, seu, ut magis Latine loquar, *fervidus*, *incitatus*, a nullo adhuc in Lexicon relata est, Patribus tamen non indisertis adamata, in primis S. Joann. Chrysost. Orat. VII. De laudib. S. Pauli VIII. 58. 43. οὕτω τολμητὴς ὤν, καὶ ὁρμητίας, καὶ πῦρ πνέων. Homil. octogesima tertia in S. Matth. I. 860. B. ὁρμητίαν, καὶ ἀκρόχολον καὶ θυμώδη. Simeon Metaphrast. Vita S. Chrysost. VIII. 407. 7. καὶ γὰρ ἦν ὁρμητίας φύσει, καὶ χειρῶν ὡς μάλιστα ἀκρατής. Adjectivum inde derivatum ὁρμητιαῖος, quod non magis se nobis obtulit in Lexicis, est apud Macarium De progressu viri Christiani 478. B. ποταμὸν ὁρμητιαῖον διέρχεσθαι· vertit Zachar. Palthenius *flavium rapidum*.

(56) Respexit Agathiam 26 A.

(57) Similiter fere de Æmi silvis Livius XL. 22. *opacum iter, ut, præ densitate arborum immissorumque aliorum in alios ramorum, perspici cælum, vix posset.*

(58) Casu omnino singulari habemus in Bibliotheca Regia Codicem Græcum, manu illius ipsius Nicetæ cum a Saracenis custodia teneretur, dicas ut occupatione assidua sollicitudines allevaret suas, peraratum. Is Codex bene conservatus, olim Colbertinus 499. nunc Reg. 497, plus trecentorum foliorum. membranaceus, continens homilias SS. Basilii, Gregorii Nazianzeni, Joannis Chrysostomi, finem versus habet hæc, prima manu: Ἐγράφη ἡ παροῦσα βίβλος οἰκείᾳ χειρὶ Νικήτα ἀσπαθ. (h. e. πρωτοσπαθαρίου) καὶ γεγονότος (hic priore scriptura de industria erasa interlitum est manu sec. δρουγγαρίου τοῦ πλοίμου [sic: sequitur locus laceratus]) * ἀντου, ἀδελφοῦ [inde manus prima] Μιχαὴλ πατρικίου, πραιπωσίτου καὶ βέστου, γεγονότος πρωτοβεστιαρίου Νικηφόρου, τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου· ὄντος αὐτοῦ ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ Ἀφρικῆς, μηνὶ Σεπτεμβρίῳ ἰνδ. ι'· καὶ ἐπεδόθη ἐν τῷ ναῷ τ [inde denuo manus secunda, erasis arte prioribus] οὗ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Γεωργίου τοῦ Ὁριάτου [sic] πλησίον Θεομόρφου [sic: sequitur manu prima] ἐν ἔτει ϛυοθ', ἰνδ'. Vides, pro nomine ecclesiæ, cui ipse Nicetas Codicem a se scriptum obtulerat, nomen alterius, penes quam posterius asservabatur, fuisse substitutum. Totam subscriptionem dederunt jam Montefalconius Palæograph. 45, A. et Confectores Catalogi mss. Biblio-

tatem indoluit eventumque sic inauspicatum. Nihilominus reputans rerum humanarum instabilitatem, ut erat firmo animo præditus, quem erectum difficilibus temporibus conservabat, fortiter casum tulit. **68** Ita rursus adversus Agarenos Syriam habitantes adornavit exercitum.

A δορυάλωτος τῷ τῶν Ἄφρων κατάρχοντι παρεμ-
πετο. Ἐκ γοῦν τοσούτου τοῦ στρατοῦ ὀλίγοι τινὲς
διαδράντες καὶ εὐαρίθμητοι, ὡς τὸν αὐτοκράτορα
Νικηφόρον ἀφίκοντο· ὁ δὲ τὴν ἀπώλειαν διατι-
τισθεὶς τῆς τοιαύτης στρατιᾶς, ἠνιάθη μὲν καὶ τὴν
ψυχὴν ἤλγησε (59) τῷ τοσούτῳ πταίσματι καὶ ὑ-

λοκότῳ συμβάματι (60). Ὑπολογιζόμενος δὲ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τὸ ἄστατον, γενναίως ἔφερε τὸ συμβὰν ἰσχυρογνώμων τις ὤν, καὶ ἐν δυσκολίᾳ πραγμάτων διασώζειν εἰδὼς τὴν ψυχὴν ἀταπείνωτον. Αὖθις δὲ κατὰ τὸν τὴν Συρίαν οἰκούντων Ἀγαρηνῶν ἐξῆρτυε τὸν στρατόν.

9. Eadem tempestate, inter solstitium æstivale et autumnum, terræmotus exstitit magnus, adeo ut ædes quoque et oppida everterentur. Atque evenit, ut Claudiopolis, ditissimus locus Galatiæ, tunc intolerabili motu et quassatione diruta, simul et repentina civium sepultura fieret, et multos advenarum B ibi deprehensos opprimeret. Cujus tam magnæ commotionis quassationisque causam esse vapores atque halitus quosdam fabulantur mathematici, in gremio terræ conclusos; hos posthac in spiritum procellosum coeuntes, ubi non omnem simul contigerit perflatum emittere, ob spiraminum angustias, ideo constipari, circumagi, loca cava vehementi incitatione commovere, superjecta et circumjecta quæque quatefacere, donec ex claustris perrumpentes forasque exhalati in cognatum sibi aerem diffundantur. Verum hæc Græcorum vaniloquentia ex probabilitate ejusmodi explicavit. Equidem Davidem, divinum virum, consecutus, respectu dixerim Dei ad nos talem concussionem exsistere, quando nostræ invigilat vitæ, divinæ legi adversanti, si forte tunc saltem territi homines pravis **69** actibus abstinentes, ad laudabiles sese conferant. Sed Claudiopolis hoc, quem diximus, modo vi

[P. 42] Ϛ'. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον, ἄρτι τῆς
θερινῆς τροπῆς μεταβαλλούσης ἐπὶ τὸ μετόπω-
ἔσεσεν ὁ Θεὸς μέγα (61), ὡς καὶ οἰκίας καὶ
ἀνατραπῆναι. Κλαυδιούπολίν τε, τὸ εὐδαιμονέστα-
χωρίον τῶν Γαλατῶν, τότε συνέβη, κατεριπωθεῖσ
ἐκ τῆς ἀνυποστάτου κινήσεως καὶ ἐνόσεως, αἵ
διον τῶν οἰκητόρων τάφον γενέσται, καὶ πολλ
τῶν ἐπηλύδων παρατυχόντας ἐν ἀκαρεῖ διαφθαρῆν
Αἴτιον δὲ τῆς τοσαύτης ἐνόσεως (62) καὶ κινήσε
ἀτμοὺς μὲν οἱ μαθηματικοὶ καὶ ἀναθυμιάσεις μ
θολογοῦσί τινας, ἐναποκλειομένας τοῖς κόλπ
γῆς αὖθίς τε εἰς πνεῦμα καταιγίδος συνιστάμ
ἐπεὶ μὴ ἀθρόον συμβαίνει τὴν διαπνοὴν τ
ἐκτρέχειν, διὰ τὴν τῶν πόρων [49] στενότητα, συ
λεῖσθαί τε καὶ περιδινεῖσθαι, καὶ τὰ κοῖλα περι
νεῖν μετὰ σφοδρᾶς τῆς κινήσεως, καὶ τὸ ἐπιπροσθ
καὶ περιέχον ἅπαν σαλεύειν, ἕως ἂν ἐκ τοῦ τ
εἴργοντος διεκπνεύσωσι, καὶ πρὸς τὸ ἔξω
ἐξατμισθέντα εἰς τὸν ὁμογενῆ διασκεδασθεῖ
Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡ τῶν Ἑλλήνων εἰκαιολογία
πρὸς τὸ ταύτῃ δοκοῦν ἐξηγήσατο. Ἐγὼ δὲ τῷ
Δαβὶδ συνεπόμενος, ἐπισκοπῇ φαίην τοῦ θεοῦ
ἡμᾶς τὸν τοσοῦτον κλόνον ἐγγίνεσθαι, ὅταν ἐπὶ τοῖς
ἡμῶν ἐπαγρυπνήσῃ ἐπιτηδεύμασι, παρὰ τὸν θεῖ-

C. B. HASII ANNOTATIONES.

[49] πόνων cod.

thec. Reg. II. 74. D. ita tamen, ut aliter legerent atque ego in minimis quibusdam, quæ tanti non sunt ut hic referantur. Annus, quo peraratus est Codex, excurrit in an. Christi 967: quo ecclesiæ donatus, in an. 971. monstratque scriptura, hunc Nicetam litteratum fuisse suæque linguæ gnarum hominem: cujus si tantum se declarasset ingenium bello obeundo, quanta in Codice pergrandi exarando eluxit patientia, næ bene tum Romanis in Sicilia fuisset consultum.

(59) Respexit Agathiam 73. B.

(60) Hic deficit Combefisiana versio, Pagi IV. 13.

(61) Hic est terræ motus, quem Cedrenus II. 660. D. accidisse ait indict. XI. [an. 968.] IV. Non. Septembr. hora noctis *duodecima*: nam pro β' incuso restitue ιβ', ex Cedreni et Scylitzæ Codd. mss. Paulo ante, nempe pridie non Jun hujus an. 968. Constantinopolim venerat Luitprandus, Ottonis Magni ad Nicephorum legatus, ut ipse auctor est Legat. ad Niceph. Phoc. 135. B. Quantum ad dictionem h. l., fons imitationis hic quoque est Agathias 51. C. D.

(62) Hæc quoque ex Agathia 52. B. et, ubi similia de causis terræ motuum, 149. B. ac 151. B. Neque alia fere explicatio terræ motuum in Codice Regio physica ac botanica varia mss. continenti: Ὁ σεισμὸς οὕτως γίνεται· ἡ γῆ ἔχει φλέβας ἀεριακὰς, ἔνθα οἱ ἄνεμοι συγχωνεύονται. Καὶ εἰσὶ μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς εἰσὶ πλατεῖαι καὶ εὐρύχωροι αἱ φλέβες αὗται, κατὰ δὲ τὴν ὄψιν τῆς γῆς εἰσὶ στενοποί. Πληθομένων λοιπὸν τῶν φλεβῶν ἐγείνων ἐκ μοις, κινοῦσιν οἱ ἄνεμοι τοῦ ἐξέρχεσθαι ἔξω. Ἡλί δὲ ὧν ὁ ἄνεμος συνταράττει πᾶσαν τὴν πλησιάζουσ γῆν, οὐ πᾶσαν δὲ τὴν γῆν, ἀλλὰ μόνον τὴν παρακ μένην ἐκεῖσε. Καὶ μήτις ἀπιστῇ τοῦτο. Ἰδοὺ γὰ καὶ ἐν ἡμῖν γίνεται τὸ παρὸν πάθος. Καὶ γὰρ καλ λάκις γεμιζομένων τῶν ἐγκεφαλιακῶν φλεβῶν ἡμ ἀνέμοις, κινουμένοις ἐξέρχεσθαι, συνταράττου τὴν κεφαλὴν καὶ τοὺς ὤμους, ὅτε ἔπταρεν ὁ δεῖν Subjungit anonymus plurima de aquis calidis, ex θερμῶν ὑδάτων, multorumque opiniones affert, quare tepeant, velut S. Joannis Damasceni, comparantis aquas illas æneo fllo, per areta foramina rapto et ignescenti; ὥσπερ ὁ χαλκὸς συρόμενος δ στεναῖς ὀπαῖς σιδηρικαῖς ἐκπυροῦται. Sed de hi collectaneis physicis fortasse alias pluribus.

(63) Vel, si mavis, *gentilium vanæ fabulæ*. Sic enim vocantur sæpissime a Patribus figmenta mythologiæ et theologiæ gentilis. Andreas Cretensis De cruce 102. B. S. Hyperechius Exhortatione ad monachos 131. D. Verti Latine *vaniloquentia*, quod proprie Græce reddas εἰκαιολογία, vocabulo in Lexicis omisso, usurpato a Philone. De somniis 869. A.

δρωμένοις θεσμὸν, εἴ πως ἀλλὰ [58] ταύτῃ δείσαντες ἄνθρωποι τῶν μὲν φαύλων ἔργων ἀφέξοιντο, ἀνθέξοιντο [59] δὲ τῶν ἐπαινετῶν (64) Ἀλλ' οὕτω μὲν ἡ Κλαυδιούπολις τῇ τοῦ σεισμοῦ βίᾳ ἐκ βάθρων ἀνετράπη τότε πᾶσα, καὶ συνεχύθη, τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ ἐκπιοῦσα τὸ ποτήριον ἄκρατον. Παρὰ τοῦτον δὲ τὸν ἐνιαυτὸν, θερείας ὥρας κατὰ τὸ μεσαίτατον, ἄρτι τοῦ ἡλίου τῷ καρκίνῳ προσεπιβαίνοντος, ὄμβρος ἐν Βυζαντίῳ κατερράγη καὶ τοῖς προσομοροῦσιν αὐτῷ, οἷον οὐ συνέβη κατενεχθῆναι τὸ πρότερον. Κλινούσης γὰρ τῆς ἡμέρας (παρασκευὴ δὲ ἦν) ἀρξάμενον τὸ δεινὸν εἰς ἐννάτην ὥραν κατέληγεν· οὕτω δὲ ῥαγδαία τις ἡ ὑέτισις (65) κατεφέρετο, ὡς μὴ σταγόνας ὁρᾷν ὁμβριζομένας κατὰ τὸ σύνηθες, ἀλλά τινας ἐπικόζοντας ὕδασιν ὀχετοὺς. Οὐχ ὑπελείφθη γοῦν τῶν σηκῶν ἢ τῶν περιπύστων οἴκων, ὅστις ἄνωθεν ἐκ τῆς ὀροφῆς οὐκ ἐπληροῦτο [62] τοῦ ὕδατος, καίτοι τῶν κατοίκων μόχθῳ ἀπαντλούντων αὐτὸ πρὸς τὰ ἄμφοδα· τὸ μὲν ἀπέῤῥει, τὸ δ' ἐπέῤῥει, καὶ ἀκαταγώνιστον ἦν τὸ δεινόν. Ἐπὶ τριῶν οὖν ὡρῶν διαστήματι κατέσχεν ὁ ὑετὸς, καὶ ἦν ὁρᾷν ποταμοὺς πελαγίζοντας διὰ τῶν τῆς πόλεως στενωπῶν, καὶ τὸ παρασυρόμενον τῶν ἐμψύχων διαφθείροντας. Οἱ δὲ ἄνθρωποι ἐλεεινῶς ἀπεθρήνουν οἰμώζοντες, κατακλυσμὸν αὖθις ἐπισκῆψαι κατ' ἐκεῖνον τὸν τεθρυλλημένον ὑποτοπάζοντες· ἀλλ' ἡ συμπαθὴς καὶ φιλάνθρωπος Πρόνοια Ἶριν διὰ τῆς νεφέλης ἐρείσασα, τῇ ταύτης ἀναλάμψει (66) τὴν τοῦ ὑετοῦ κατήφειαν διεσκέδασε, καὶ αὖθις τὸ τῆς φύσεως σύγκριμα [P. 43] ἐπὶ τὴν προτέραν κατάστασιν ἐπανήγετο. Συνέβη δὲ καὶ αὖθις ὄμβρον καταβρᾳγῆναι τεθολωμένον καὶ συμμικτον τέφρα, ὡς ἐπὶ καμινιαίας αἰθάλης (67), καὶ χλιαρὰν δὲ παρεῖχε τοῖς ἐπαφωμένοις αὐτοῦ τὴν ποιότητα.

ι'. Ὁ δὲ βασιλεὺς Νικηφόρος (αὖθις γὰρ ὁ λόγος ἐπάνεισιν, ἔνθεν τὸ ἴχνος ἀπέκλινε), τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀνειληφὼς δύναμιν, ἐπὶ τὴν ἐπὶ Συρίας Ἀντιόχειαν ἔθει (68), καὶ χαρακα ταύτῃ πηξάμενος, ἐπείπερ ἀποχρώντως ἔχουσα τῶν ἀναγκαίων ἐτραχηλία, καὶ γαυρουμένη ἐκ τοῦ εὐθέως σπείσασθαι οὐκ ἠνείχετο, μὴ βουλόμενος αὐτὴν ἑλεπόλεσι κατεριπῶσαι (ᾔδει

terræmotus a fundamentis eversa tunc tota est, atque confusa, iræ divinæ epotans merum poculum. Eodem anno, æstate plane media, sole jam cancrum ineunte, imber fuit Constantinopoli locisque finitimis, qualem nunquam antea contigit defluxisse. Etenim vergente die (erat autem dies Veneris) incipiens malum sub horam nonam desiit: tamque vehemens incubuit pluvia, ut non guttas videres, ut fit, delabentes, sed quasi quasdam aquis repletas fistulas. Neque profecto ullum templum neque omnino nobilium ædium ulla relicta est, quin superne ex tecto aqua impleretur; tametsi hanc quidem habitatores operose in vias transfundebant: sed quantum effluxerat, tantum denuo affluebat, ut sine remedio esset malum. Ita trium horarum spatio obtinuit imber: conspiciebantur amnes æstutantes per vicos urbis, et quidquid animantium secum raptaverant extinguentes. Homines miserabiliter flebant lamentantes, quod diluvium iterum ingruere quale nobile illud fuerat verebantur: verum commiserans hominumque amans providentia, arcu per nubem expanso, illo refulgente imbris tristitiam dissipavit, rursusque naturæ fabricam in pristinum statum reduxit. Tametsi posterius quoque accidit, ut iterum imber deflueret 70 turbidus favilla quasi ex fornacium fuligine mistus, tepidamque declararet tangentibus suam naturam.

10. Nicephorus autem imperator (jam enim oratio eo revertitur, unde vestigium inflexerat), Romanis assumptis copiis, ad Antiochiam in Syria magnis itineribus contendit; castrisque ad urbem positis, cum necessariis rebus abunde instructa superbiret, præque arrogantia evestigio deditionem facere recusaret, ipse vero nollet eam machinis

C. B. HASII ANNOTATIONES.

[58] εἴ πως ἀλλὰ est jam supra 11. B. [59] ἄνθίξοντο cod. [62] ἐκληροῦτο cod. Auctor fortasse scripserat ἐξεπληροῦντο sive ἐκπληροῖτο.

(64) Eamdem ob causam belli mala amumine immitti opinatur S. Ephræm Syrus Sermone ascetico I. 42. A.

(65) Id nomen, item in Lexicis prætermissum, derivatur a verbo ὑετίζω, quod primus, quantum memini, Schneiderus vir summus II. 253. A. enotavit e Niceta Choniate 211. D. Est vox hellenistica, Jeremia XIV. 22. et Job XXXVIII. 26. hic Hebræorum הַכְמִיר, illic הַגְּשָׁמִים exprimens. Inde usurpaverunt S. Basilius Commentar. in caput V Isaiæ I. 945. A. S. Epiphanius Ancorat. II. 89. C. Simeon Metaphrastes Vita S. Joann. Chrys. VIII. 382. 32. 401. 25. alii. Neutrum τὸ ὑέτιον substantive sumitur apud Joannem Philoponum De mundi creatione 57. A. ἵνα τὸ ὑέτιον σημάνῃ, *ut pluviam significet.* De imbre largo, fere iisdem verbis ac Leo, Pachymeres Histor. I. 182. A.

(66) Ἀνάλαμψις, quo similiter carent Lexica, habent, præter Leonem hoc loco, Philo De vita Mosis 492. C. Plutarchus De oraculorum defectu II. 419. et inde Eusebius Præpar. Evang. 207. D.

(67) Ex Exodo IX. 8. et 10. unde certatim adhibuerunt comparationem S. Joannes Chrysost. Ad eos qui scandalizati fuerunt VII. 11. 31. S. Joan. Damasc. De hæresib. 158. A. Severianus Gabalorum episcopus In diem alterum creationis mund. VII. 594. 38. aliique multi. Partim pro αἰθάλη substituunt κόνις, ut S. Gregorius Nyssenus De vita Mosis I. 202. C. In Cantic. canticorum 506. B. alii τέφρα, ut Nicetas Heracleæ metropolita In beatum Job 169. A. et ipse Chrysostomus Quod ex desidia ortum habeat improbitas VI. 849. 12.

(68) Hæc est illa Syriaca expeditio Nicephori, quam, ut dixi supra 214. D. Cedrenus II. 655. D. et Le Beau XVI. 114. C. perperam anno 966. tribuunt, Leo et Pagi ad Baron. IV. 19. C. biennio post accidisse demonstrant. Octoginta M. hominum ad hanc exped. congregasse Nicephorum Luitprandus, tunc Cpli degens, auctor est, Legat. ad Nic. Phoc. 151. A.

admotis diruere, sciens brevi se illam victoriis apparatuque bellico obtenturum, si modo exiguo temporis spatio obsideret, copiisque atque ordine exercitus oppidanos vehementius terruisset: inde motis castris regionem mediterraneam pervasit, quam item Palæstinam vocant opimam totam, mel et lac fluentem, secundum sacram Scripturam: a dextra autem habuit Ciliciam, oramque maritimam. Ibi cum Edessam occupasset, atque, in templum divinorum confessorum ingressus, numen prece placasset, exercitum refecit. Audiverat enim effigiem Servatoris ac Dei nostri, tegulæ impressam, hoc in oppido asservari. Quam expressam esse aiunt hunc in modum Thaddæus, divinus duodecimvir, cum a Servatore ad Abgarum Edessæ regulum esset missus, ut eum a diuturno languore per deohumanam impressam effigiem liberaret, 71 ibi præteriens sudarium, cui Christus suæ figuræ imaginem ineffabili miraculo impresserat, in tegulis loco remoto jacentibus pro oppido fertur abdidisse, ea mente, ut postridie ejus diei id inde reciperet. Accidit autem, ut per totam noctem fulgore incredibili tegulæ collucerent. Mane Thaddæum resumpto sudario perrexisse tenere suam viam; tegulam, quam casu sudarium contigisset, deohumanam Servatoris effigiem incorrupte expressam retinuisse. Illam ipsam, sublatam, Barbari cum admiratione atque cultu in castro asservaverant. Tunc vero Nicephorus imperator capto oppido eamdem venerandam tegulam inde abstulit, auroque atque gemmis capsam fabricatus posterius tegulam ibi reverentia adhibita inclusit, inque Deiparæ templo, quod in ædibus Palatinis est, consecravit. Ipse postquam Mempetze arcem in deditionem acceperat, Libanum montem transverso itinere transgressus, ad Tripolim exercitum admovit: quam ubi munitam atque expugnatu præter cætera oppida difficilem vidit, simul quod naves

A γὰρ κατὰ μικρὸν τροπαίοις καὶ μηχαναῖς ταύτην καρτησόμενος), ὀλίγον αὐτῇ καιρὸν προσκαθεζόμενος, καὶ ταῖς φάλαγξι καὶ τῷ κόσμῳ τῶν ὅπλων τοὺς ἔνδον καταπλήξας οὐχ ἥκιστα· ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν μεσογαίαν διῆλθε, ἣν καὶ Ἡλαιστίνην καλοῦσιν (69), εὐδαίμονα πᾶσαν καὶ ῥέουσαν μέλιτι καὶ γάλα, κατὰ τὴν θείαν Γραφήν· ἐν δεξιᾷ δὲ τὴν Κιλικίαν εἶχε καὶ τὰ παράκτια. Τὴν Ἔδεσσαν δὲ καταλαβών, κἀν τῷ σηκῷ τῶν θείων Ὁμολογητῶν εἰσελθὼν καὶ τὸ θεῖον ἐξευμενισάμενος, τὴν στρατιὰν διανέπαυεν. Ἠκηκόει γὰρ, τὴν ἐν κεραμῳ τοῦ Σωτῆρος καὶ Θεοῦ ἐκτυπωθεῖσαν μορφὴν, ἐν τῷδε τῷ φρουρίῳ παρακατέχεσθαι. Ἐκτυπωθῆναι δέ φασι τοῦτον τὸν τρόπον· Θαδδαίου τοῦ ἀποστόλου [53] (70) Ἀβγάρῳ πρὸς τοῦ Σωτῆρος τῷ τῆς Ἐδέσσης ἀποσταλέντος τοπάρχῃ, ὡς αὐτὸν τῆς σωτηρίου

B ἐχούσης παρέσεως διὰ τοῦ θεανδρικοῦ ἀπαλλάξαι ἀρρωστήματος, ἐνταυθοῖ παροδεύοντος [54] τὸν πίπλον ᾧ τῆς αὐτοῦ μορφῆς τὸ εἶδος ἀῤῥήτως ὁ Χριστὸς ἀνετύπωσε [55], κεράμοις ἐν ἀποκειμένοις πρὸ τοῦ ἄστεος κατακρύψαι, ὡς ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐκπαμφομένους [56] τοῦτον ἐκεῖθεν. Συνέβαινε δὲ κατὰ τὴν τὴν νύκτα φωτὶ τοὺς κεράμους ἀμηχάνῳ καταλάμπεσθαι. Ὡρωῖ δὲ τὸν μὲν Θαδδαῖον ἀνειληφότα τὸν πίπλον ὁδοῦ τῆς προκειμένης ἔχεσθαι· τὸν δὲ κέραμον, οὗπερ ἔτυχε προσφαύσας ὁ πέπλος, τὸν θεανδρικὸν τοῦ Σωτῆρος τύπον ἀκραιφνῶς ἐναπομάξασθαι. Τοῦτον ἀνειληφότες οἱ Βάρβαροι ἐν θαύματι καὶ ἀβάσματι παρὰ τὸ φρούριον διεφύλαττον. Τότε ὁ Νικηφόρος ὁ βασιλεὺς, ἐξελὼν τὸ ἄστυ, τὸν τοιοῦτον σεπτὸν κέραμον ἐκεῖθεν ἀνείληφε (71), καὶ χρυσῷ

C καὶ λίθοις θήκην διασκευάσας μετέπειτα, καὶ τιμῆς περιστείλας τοῦτον σεπτῶς, ἐν τῷ τῆς Θεομήτορος ναῷ (72), τῷ κατὰ τὴν βασίλειον ὄντι ἔσω, τέθηκεν. Ἐπεὶ δὲ τὸ Μέμπετζε παρείληφε φρούριον, τὸν Λίβανον τὸ ὄρος ἐγκαρσίως ὑπερβὰς, τῇ Τριπόλει προσίσχει, ἣν ἐχυρὰν [P. 44] καὶ δυσάλωτον καὶ ἄλλων πόλεων διαφερόντως ἰδὼν, ἐπεὶ καὶ αἰγὶς

C. B. HASII ANNOTATIONES.

[53] Αὐγάρῳ cod. [54] παροδεύοντος τ. πίπλ. Solœcismum, quem a Leone admissum non dubito, tollere possis virgula posita post τὸν τρόπον et puncto post παροδεύοντος. *cum Thaddæus — a Servatore* missus — *cui præteriret. Sudarium*, etc, [55] Fort. ἐνετύπωσε. [56] ἐναπολῃφομένους. Sic cod. [57] Τρίπολι cod. mendose. Fort. Leo, ut est poeticarum formarum studiosus, scripserat Τριπόλι.

(69) Cedrenus II. 656. B. Niceph. cepisse ait oppida amplius centum Ciliciæ, Syriæ καὶ Φοινίκης Λιβανησίας, *et Phœniciæ Libanensis*. Sic enim legendum, non Φοινίκης, Λιβανησίας, distinctis nominibus, ut est in cuso. Xylander errore joculari, *et Phœniciæ, et Banisiæ*. Phœnicem duplicem fuisse, alteram maritimam, πάραλον, ejusque caput Tyrum alterum Libanensem, Λιβανησίαν, cum capite regionis Emesa, vel pueris notum.

(70) Hæc lucem mutuantur ex Vita S. Thaddæi in Cod. Regio bonæ notæ 548, nondum, quod sciam, edita, præter fragmenta a Lambecio allata Commentar. de Bibl. Cæs. VIII, 429. A. In ea tamen tegulæ impressæ mentio nulla fit, quam in aliqua vita inedita vel deperdita Thaddæi memoratum fuisse credendum est. De obitu ejus vid. Menologium Græcor. Cardinal. Albani III. 137. D. de

D ipso Sancto, num unus, pluresve fuerint Thaddæi Cæsar Baronius ad Martyrolog. Roman. Gregor XIII. 457. B.

(71) Glycas 306. C. ex Hierapoli, hoc est Mempetze, de quo Leo, statim post, tegulam ablatam scribit, et una cincinnum capillorum S. Joann. Baptistæ, ἐμπεπλημένον [f. ἐμπεπιλημένον] αἵματι sanguine concretum. Vide Labbei emendat. P. D. Joel quoque, qui Clycam exscripsit, Chronograph. 181. B. legit πεπιλημένον.

(72) In Tractatu ms. Bibl. Reg. cui titulus: Περὶ Νικηφόρου τοῦ ἄνακτος, καὶ ὅπως παρ' αὐτοῦ ἐξεκομίσθη τὸ ἐκ τῆς πλευρᾶς τῆς εἰκόνος ῥεῦσαν τίμιον θεῖον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. Nicephorum suspicor esse Joanne Tzimisce confundi. Conf. supra 103 et item Ducang. Cpli Christ. 131. A. et Nolt. ad Lenar, 103. A.

αὐτῷ ἀντιπνοίαις ἀνέμων ἐκκρουόμεναι καθυστέρησαν, ταύτην παραδραμὼν τὸ Ἄρκα φρούριον ἔγνω πολιορκεῖν, χρῆμα πλούτου κατέχον ἔνδον ἀμύθητον. Ἐντεῦθεν τρισὶ χάραξι περιζώσας αὐτὸ, ἐπολιόρκει ἐρρωμενέστατα, καὶ ταῖς ἑλεπόλεσι τὰ τούτου πυργώματα καθελῶν, ἐφ' ὅλοις ἡλίοις ἐννέα ἐπόρθησέ τε, καὶ ἀμύθητον ἐκεῖθεν πλοῦτον συνεξεφόρτισε· καὶ ἄλλα δὲ φρούρια πλεῖστα εἷλεν αὐτοβοεί.

ια'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν Συρίαν ἐπράττετο, ἔκλειψιν συνέβη περὶ χειμερινὰς τροπὰς τοῦ ἡλίου γενέσθαι (73), οἵαν μηδέπω συνέβη γενέσθαι τὸ πρότερον, πλὴν ἐκείνην τὴν ἐπὶ τοῦ Δεσποτικοῦ πάθους προδᾶσαν διὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ἀπόνοιαν, ἣν ἐπλημμέλησαν, σταυρῷ τὸν τῶν ὅλων Δημιουργὸν προσηλώσαντες. Τὸ δὲ τῆς ἐκλείψεως εἶδος τοιοῦτον συνέβαινεν· Εἰκάδα δευτέραν ἤλαυνεν ὁ Δεκέμβριος, τετάρτῃ (74) δὲ τῆς ἡμέρας ὥρᾳ, σταθηρᾶς αἰθρίας οὔσης, σκότος ἐπέσχε τὴν γῆν, καὶ οἱ διαφανεῖς τῶν ἀστέρων ἅπαντες κατεφαίνοντο. Ἦν δὲ ὁρᾶν τὸν τοῦ ἡλίου δίσκον ἀλαμπῆ καὶ ἀφώτιστον, αἴγλην δέ τινα ἀμυδρὰν καὶ ἰσχνὴν, ταινίας δίκην λεπτῆς, κατὰ τὸ ἄκρον κυκλόθεν τὸν δίσκον περιαυγάζουσαν. Κατὰ μικρὸν δὲ τὴν σελήνην παραμείβων ὁ ἥλιος (ὡρᾶτο γὰρ αὕτη κατὰ κάθετον αὐτὸν ἀντιφράττουσα) τὰς ἰδίας ἀκτῖνας ἐξέπεμπε καὶ φωτὸς αὖθις ἐπλήρου τὴν γῆν. Τῷ καινῷ οὖν καὶ ἀσυνήθει τοῦ δράματος ἐκδειματωθέντες οἱ ἄνθρωποι, τὸ Θεῖον ἱκετηρίαις, ὡς τὸ εἰλὸς, ἐξιλάσκοντο. Τότε καὶ αὐτὸς ἐγὼ τῷ Βυζαντίῳ ἐπεχωρίαζον, μετιὼν τὴν ἐγκύκλιον παίδευσιν [58]. Ὁ δὲ βασιλεὺς (δεῖ γὰρ τὸν λόγον τοῦ εἰρμοῦ ἐκτραπέντα ἐπ' αὐτὸν τοῦτον αὖθις ἐπαναγαγεῖν), ἐπεὶ τὰ τῶν ἐναντίων φρούρια εἷλεν ἀκονιτὶ, ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου ἐπορεύετο παμπληθεί, καὶ πρὸ τῶν τειχῶν αὐτῆς πηξάμενος χάρακα, τοὺς στρατηγοὺς καὶ λοχαγοὺς συναγηοχὼς, ἐν περιωπῇ τε κατὰ τὸ ὕπαιθρον στὰς, ἔλεξε ταῦτα [59]· « Τὰ μὲν ἐπίκεινα ταύτης ἀνῳκισμένα τῆς πόλεως φρούρια τῇ τῆς Προνοίας ῥοπῇ καὶ τῇ σφῶν ἐμπειρίᾳ μετὰ τῆς προσούσης ἀνδρείας εἵλομεν, ὡς ἴστε, συστρατιῶται, παρὰ πᾶσαν ὑπόνοιαν. Καὶ χάριν ὁμολογῶ πλείστην ὑμῖν, ὅτι πρὸς ἐμὲ τὸν ὑμῶν ἀφορῶντες ἡγεμόνα, οὐκ ὠκλάσατε περὶ τε τῶν ἀηδῶν, ἃ πλεῖστα καὶ ἀπηχῆ ἐπιφέρειν εἰδὸς ὁ πόλεμος, [P. 45] ἀλλ' οὕτω μετὰ προθυμίας καὶ λελογισμένης ῥώμης διηγωνίσασθε, ὥστε μηδὲν, οἷς προβάλομεν [60] τῶν φρουρίων, ὑπέρτερον γενέσθαι τῆς ὑμῶν ἀρετῆς, καὶ καταλειφθῆναι ἀνάλωτον. Οἶδα δὲ καὶ τὸ πρὸς τὴν κατασκαφὴν ταυτησὶ τῆς πόλεως πρόθυμον ὑμῶν, ὅπως ὀργᾶτε καὶ σφαδάζετε ἡ στρατιὰ, ταύτην κατεριπώσειν καὶ δηώσειν [61] πυρί.

A reflantibus ventis rejectæ morabantur, eam cursu prætervectus Arca castrum oppugnare statuit, quod copiam divitiarum incredibilem continebat. Ita oppidum tribus castris circumdatum acerrime adortus, postquam machinis muros dejecerat, per novem totos dies vastavit, atque ineffabiles inde exportavit opes. Item alia castella plurima primo impetu cepit.

72 11. Hæc dum ab imperatore in Syria geruntur, sub solstitio hiberno solis fuit defectio qualis nunquam antea accidit, præter illam quæ in passione Dominica terris inducta est ob Judæorum dementiam, qua occæcati ædificatorem universi cruci affixerunt. Defectus specie tali erat. Vicesimus secundus dies agebatur mensis Decembris hora B diei quarta, cælo sereno, cum tenebræ terræ offusæ sunt, stellæque lucidiores omnes se aperuerunt. Poterat videre unusquisque solis orbem sine splendore, lucis expertem, fulgoremque aliquem obscurum ac tenuem, fasciæ angustæ instar, extremis partibus per oram orbis circumlucentem. Paulatim vero sol prætergrediens lunam (apparebat enim hæc ad perpendiculum illum obducens) pristinos radios emisit, luceque denuo complevit terram. Quo novo atque insolito spectaculo conturbati homines, numen, ut par erat, supplicibus votis placabant. Eadem tempestate ipse quoque Constantinopoli commorabar, operamque liberalibus disciplinis dabam. Imperator autem (oportet enim orationem e contextu egressam ad illum rursus reduci), adversariorum castellis nullo negotio C captis, cum omnibus copiis Antiochiam profectus est, castrisque ad murum positis, tribunis centurionibusque convocatis, cum loco conspicuo sub divo constitisset, ejusmodi concionem habuit: « Remota **72** ultra hanc urbem castella providentiæ nutu usuque vestro in re militari, cum virtute conjuncto, expugnavimus, ut scitis, commilitones, præter omnem opinionem. Quapropter gratiam me habere vobis plurimam confiteor, quod in me, ducem vestrum, intuentes ulli labori non succubuistis, quos plurimos molestosque imponere solet bellum, quodque potius tanta cum alacritate, consilio, fortitudine, rem gessistis, ut nullum cui nos admovimus castellum virtutem vestram superaverit, relictumque sit quin expugnaretur. Ne- D que minus perspecta mihi est vestra exscindendæ hujus urbis cupiditas, quantopere expetatis optetisque vos legiones, diruere illam incendioque vastare. Verum commiseratio me quædam subit

C. B. HASII ANNOTATIONES.

[58] παίδευσιν. Vid. supra 40. A. B. [59] ταῦτα. Alius auctor dixisset τάδε. [60] Leg. προσεβάλομεν, vel certe ut προύβάλομεν aut προβάλλομεν. [61] δωὴσιν (sic) cod.

(73) De hoc solis deliquo, unde præcipue patet, xpeditionem Syriacam Nicephori ad ann. 968. ertinere, nec Leonem temporum ordinem interertisse, vide Calvis Op. chronol. 699. D Baron. nnal. Eccl. XVI. 375. A. Pagium Critic. IV. 19. D. accidit, ut recte ait Leo, d 22. Decembris an. 968. cum Nicephorus in Syria ageret, Luitprandus in Italiam rediens Corcyræ *in mensa positus panem comederet*. Legat. ad Niceph. 159. D.

(74) Combefisius *tertia* ap. Pagium IV. 20.

ejus, si quidem urbs, quæ tertium locum in orbe terræ obtinet, seu pulchritudinem atque magnitudinem mœnium (videtis enim in quantam altitudinem ea surgunt), sive multitudinem populi ædiumque infinitam supellectilem aspexeris, ruderibus obtecta jacebit, quasi castellum pauperculum. Neque magis exercitus Romani in ea evertenda commoratio, ut quæ a nobis domita jam bello sint pessumdentur iterum diripianturque, videtur mihi rationem habere. Etenim ego hunc potissimum dixerim diligentem ducem, qui irruptionibus, qui stativis adversariorum loca vexat atque perdit: sed si quis suos fines cum excursionibus tum domum reversionibus copiarum pessumdat atque 74 conterit, hunc nulla vel potius mala mente præditum dicere non reformido. Similiter enim facit ut canes in fabula notati, qui cum lupos ab ovibus repellere debeant, pecudesque ab insidiis tueri, præterquam quod lupos non repellunt, ipsi magis quam hæ belluæ pecudes conscindunt atque dilaniant. Proinde, si vobis videtur mihique creditis, quandoquidem hic tumulus firmissimus videtur, irriguusque aquis est, illum evestigio communiamus ala equitum et cohorte militum ibi relicto: ut quotidianis eruptionibus, decursionibus, alimentorum direptionibus, fractam Antiochiam, in angustiasque summas compulsam, vel invitam cogamus Romanorum se permittere ditioni. » Hac oratione habita, imperator, lapidem in humeros extollens (erat enim popularis in ejusmodi rebus ac modestus), ascendit in tumulum, toto exercitu idem facere jusso. Apparebat igitur trium dierum spatio castellum in tumulo exædificatum, bene septum et munitissimum. Quo in castello postquam præsidium quingentorum equitum cohortemque mille militum cum cibariis idoneis reliquerat, jubens ut quotidie excursiones Antiochiam versus facerent, atque obvia quævis cædibus rapinisque exinanirent, ipse inde castris motis ad urbem imperatoriam rediit, splendideque a civitate receptus ibi est commoratus·

A Ἀλλ' οἰκτός μέ τις ὑπεισέρχεται ταύτης, εἰ τρίτη τῶν περὶ τὴν οἰκουμένην τελοῦσα πόλεων, τῷ τε κάλλει καὶ τῷ μεγέθει τῶν περιβόλων (ὁρᾶτε γὰρ εἰς ὅσον ὕψος ἐπανατείνονται οὗτοι), ἔτι δὲ πλήθει τοῦ δήμου καὶ τῶν οἰκιῶν ἀμηχάνοις κατασκευαῖς ἐρείπιον κείσεται, κατά τι φρούριον πενιχρόν. Τὸ δὲ τὴν Ῥωμαϊκὴν στρατιὰν κατὰ τὴν ταύτης κατατρίβειν ἐκπόρθησιν, καὶ τὰ ὑμῖν ὑποποιηθέντα τοῖς πολεμεῖν αὖθις διαφθείρειν τε καὶ λεηλατεῖν, οὐ μοι νοῦν ἔχειν δοκεῖ. Ἐγὼ γὰρ ἐκεῖνον μάλιστα στρατηγικηδεμονικὸν στρατηγόν, τὸν ταῖς ἐπεξελάσεσι καὶ διαμελλήσεσι τὴν τῶν ἐναντίων κακοῦντα χώραν καὶ διαφθείροντα· τὸν δέ γε τὴν οἰκείαν ταῖς τῆς πολεμίας ἐκδρομαῖς καὶ αὖθις κατὰ χώραν ἀναστρεφόμενον, παραπολλύοντα καὶ ἐκτρίβοντα, τοῦτον ἀνόητον, μᾶλλον δὲ κακονούστατον ὀνομάζειν οὐκ ἂν ἀπαυθαδισαίμι· παρόμοιόν τι διεργαζόμενον τῶν τῇ παρακειμένῃ κωμῳδουμένων κυνῶν, οἳ τοὺς λύκους τῶν προβάτων ἀποσοβεῖν ἐποφείλοντες, καὶ τὰ βοσκήματα φυλάττειν ἀνεπιβούλευτον, οἱ δὲ, πρὸς τῷ μὴ ἀποκρούειν, μᾶλλον τῶν θηρίων αὐτοὶ διακόπτουσι καὶ διασπαράττουσιν. Εἰ οὖν δοκεῖ καὶ πείθεσθέ μοι, ἐπείπερ ὁ λόφος ὀχυρώτατος οὗτοσὶ καταφαίνεται, καὶ κατάρρυτός ἐστιν ὡς ὁρᾶτε, τοῦτον δὴ ταχιστέον ἑαυτῆς, καὶ ἵλην ἱππέων καὶ σπεῖραν πεζῶν ἐν αὐτῷ ἑατέον· ὥστε καθ' ἑκάστην ἐπεξελάσεσι καταδρομαῖς, καὶ τῶν ἐπιτηδείων διαρπαγαῖς τὴν Ἀντιόχου ταπεινώσωσι, καὶ εἰς ἀμηχανίαν δεῖπνα καταλείσαντες καὶ ἄκουσαν ἀναγκάσωσι, Ῥωμαίοις γενέσθαι ὑπόσπονδον. » Εἶπεν ὁ βασιλεὺς, καὶ λίθον ἐπομισάμενος (ἦν γὰρ περὶ τὰ τοιαῦτα μετριοπαθής τε καὶ ταπεινὸς), ἄνεισι ἐπὶ τὸν λόφον, καὶ τῇ στρατιᾷ οὕτω ποιεῖν διακελευσάμενος. Ἦν οὖν ἰδεῖν ἐν τρισὶν ἡμέραις ἄστυ ἀνῳκισμένον ἐπὶ τὸν λόφον, εὐερκές τε καὶ ὀχυρώτατον. Φάλαγγα τοίνυν πεντακοσίων ἱππέων, καὶ σπεῖραν χιλίων πεζῶν ἐν τῷ φρουρίῳ καταλιπὼν, καὶ ἀποχρῶσαν χρῆσιν αὐτοῖς ἀποσιτισάμενος, ἐντειλάμενόν τε ὁσημέραι ἐκδρομὰς κατὰ τῆς Ἀντιοχείας ποιεῖν, καὶ τὸ παρατυχὸν μαχαίρας ἔργον καὶ προνομῆς ἁπαρχίζεσθαι, αὐτὸς ἐκεῖθεν ἀπάρας πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπανέζευξε, καὶ μεγαλοπρεπῶς πρὸς τῶν ἐστιῶν ὑποδεχθεὶς ἐκεῖσε διέτριβεν.

LIBER QUINTUS.

—

Argumentum. — Nicephorus captos in Sicilia Romanos a Saracenis exposcit. Calocyres **imperium** affectat (Cap. 1). A quo excitati Russi Bulgariam invadunt (2). Nicephorus legatos mittit ad Bulgaros (3). Antiochia vi expugnata (4). Imperator funesto vaticinio commotus. Bardas, Nicephori pater **moritur**. Theophano insidias struit adversus conjugem (5). Joannes Tzimisces in urbem arcessitus. **Conjuratio** cædem imperatoris perpetrandam (6). Nicephorus crudeliter occisus (7). Ejus ingenium et **indoles**. Joannes Tzimisces rerum potitur. Nicephori corpus in regio sepulcro conditur (9).

—

75 1. Ita eo quo supra demonstratum est modo Nicephorus imperator, Syriam oramque ejus maritimam emensus, postquam objecta omnia vel

D [P. 46] α'. Ἀλλ' οὕτω μὲν, ἧπερ ἔμοιγε ἤδη ἐρρήθη, ὁ αὐτοκράτωρ Νικηφόρος Συρίαν καὶ τὰ παράκτια ταύτης καταδραμὼν, καὶ τὸ ἀντίξουν ἅπαν ἐκποδὼν

B **Dionysius, Musonii F., Rhodius** aut Sa storicus, qui etiam sacerdos fuit tem illic erat. Scripsit Ἱστορίας τοπικὰς, hist certarum regionum *Historias* libris VI. « scriptionem, Ἱστορίας παιδευτικὰς, Histo « titutionis libros X. » Existimo, Dionysa bem descripsit, Byzantium fuisse (Vossi *thynum*, propter fluvium, Rhebam.

Dionysius, Siciliæ tyrannus, scripsit Ia et *Comœdias* et *Historias*.

Dionysius, filius Siciliæ tyranni, et ipse et philosophus, scripsit *Epistolas* et *De pa Epicharmi*.

Διονύσια σκώμματα, dicteria in Bacchu

Diopithes legem tulerat, teste Ælian

C Piræo pernoctanti, capitale esset. Ipse nomine, cum aliquando, vespera oppr Piræo noctem mansisset, ab inimicis satus.

Dioscorides, Anazarbensis, medicus, Φακᾶς, ob lentes quas in facie habebat Cleopatram Antonii tempore, scripsit XXIV, omnes de re medica, eosque celeb

Dioscorius, Miræus, grammaticus, præ urbi et prætorio, qui Leonis imp. filias docuit. Infra Θυάτειρα.

Dioxippus, Atheniensis, comicus. Ejus fa Ἀντιπορνοβοσκὸς, Φιλάργυρος, Ἱστοριογράφος, δικαζόμενοι.

Διφθέρα. Εἰς διφθέρας, in pellibus scripta con

D sua Thoracion cum hostibus in Laconia com nicabat.

Dipnosophistæ, liber valde utilis, cujus Athen auctor est. Ulpianus unus Dipnosophistarum. Supra. κειτούκειτος.

Dithyrambodidascali. Hi de rebus, quæ in cæl fiunt et nubibus, multa dicere solebant, vocibus compositis utebantur, dicentes exempli causa : ἀειριανερινηχέτους. Talis erat Ion, Chius, p qui poema fecit, cujus initium est : Ἀοῖοι φ φοίταν ἀστέρα μῆνα μέν (64) unde *Aristophanes* cans, *matutinam stellam* eum vocatum fuisse

(64) Sed Kuster ex scholiaste Aristoph. corrigere jubet ἀστέρα μείναμεν, etc. *matutinam et exspe stellam exspectavimus*, etc. HARL.

autem valde celebris, scripsitque Comœdias, A pigrammata et soluto sermone πρεσβευτικόν. at etiam Socratis, philosophi, in eum λόγος. imachus etiam in Choriambis ejus meminit, ue multa scripsisse. *Dithyrambus* vero dicitur acchus (quod per binos quasi fores in lucem dierit tum uteri matris, Semeles, tum Jovis orum), et hymnus in Bacchum. Denique Διθυβων νοῦν ἔχεις ἐλάττονα dicitur de hominibus idis et inconsideratis.

όγματα. Plato, quæ vera esse percipit, enuntiat, a coarguit, de incertis sustinet assensum. Atque his, quæ vera ipsi videntur, quatuor personas uentes inducit, Socratem, Timæum, et hospitem ieniensem atque Eleatem: qui non sunt Plato e et Parmenides, sed duæ fictæ personæ, etc. B ilosophorum alii mundum ortum habuisse, alii u caruisse dicunt. Item alii animatum, alii vero nimatum eum statuunt. Anaxagoras vero et Pyagoras, in Ægyptum profecti, et Ægyptiorum et bræorum usi consuetudine, rerum cognitionem illis hauserunt. Postea vero et Plato, ut Plutarus in Parallelis refert. Quin etiam Ægyptii primi m et lunam deos vocarunt. Osirim et Isidem, οὺς a θεῖν *currere*, etc.

Domitianus Nervam, ut imperio insidiantem, novit et Apollonium Tyaneum, ut Nervæ amicum, mprehensum totondit, et vinctum in judicium lduxit. Cum vero philosophus illi non cederet, deidens ejus acta, verecundia commotus eum dimisit. unc ad eum Apollonius: *Nequaquam me occides; ecdum enim fato maturus sum*, Οὐ μέν με κτενεῖς, τεὶ οὔ τοι μόρσιμός εἰμι. Atque e vestigio ipsum vanuisse ferunt. Hic et philosophos et mathematios Roma expulit. Sub hoc et Joannes evangelista a Patmum relegatus. Idem etiam, Davidici generis omines, τοὺς ἀπὸ τοῦ γένους Δαβὶδ interfici jussit, nultique sub eo Christiani martyres facti sunt. ed Nerva Joannem Theologum exsilio liberavit.

Domninus, philosophus, natione Syrus, ex Laodicea, vel Larissa, urbe Syriæ, Syriani discipulus et Procli condiscipulus, ut ait Damascius. In mathematicis disciplinis exercitatus, in aliis philosophiæ partibus etiam ἐπιπολαιότερος, minus accuratus. Quare et multa in Platonicis dogmatibus innovavit, unde Proclus adversus eum scripsit Πραγματείαν καθαρτικὴν τῶν δογμάτων τοῦ Πλάτωνος, *Repurgationem Platonicorum dogmatum*. Ab Æsculapio jussus, quod sanguinem exspueret, suillis carnibus vesci, obsecutus est: at Plutarchus, Atheniensis, Æsculapii statuam intuens, in templi enim vestibulo dormiebat: O domine, inquit, quid si Judæo, hoc morbo laboranti remedium commendasses? Itaque Æsculapius, statim ex statua sonum suavissimum edens, aliam curandi morbi rationem ei præscripsit. Ad Dominum jam ætate provectum accessit Asclepiades, adolescens, et arithmeticum ipsi theorema præposuit, etc.

Dorius cantus, Δώριος αὔλησις, est modus quidam musicus, ut etiam Lydius et Phrygius. — Δῶριος οἰκονομία, *Modus Dorius*. — *Dorius* præterea est nomen proprium et *Doriscus* nomen loci.

Dorus (Δῶρος), Arabs, quem Damascius in Historia philosophica ait fuisse veritatis acerrimum indagatorem. Hunc Isidorus, philosophus, initio sensit Aristotelicis opinionibus irretitum, et paulatim revocavit ad illas Platonis magnificæ scientiæ sublimes et illustres sententias, ut rejecta illa Peripatetica subtilitate, res minutas colligente, se conferret ad illam, quæ per Prometheum quemdam cum ignis splendore cœlitus ad homines demissa est, dialecticam, quæ est mentis et prudentiæ purissima αὐτοψία sive inspectio.

Δόσις. Apud oratores peculiariter sic vocantur tabulæ testamenti, in quibus quis, quæ sua sunt, alteri dat, interveniente magistratuum sive archontum auctoritate.

Draco, Atheniensium legislator. Hic cum Æginæ in theatro propter leges latas lætis acclamationibus celebraretur, pluribus petasis et tunicis et palliis in ejus caput injectis, suffocatus est, et in ipso theatro sepultus. Vixit iisdem temporibus, quibus septem sapientes, aut potius fuit illis antiquior. Cum senex jam esset, olympiade XXIX leges Atheniensibus tulit. Ὑποθήκας, sive *vitæ degendæ præcepta* scripsit tribus circiter versuum millibus.

Draco, nepos Hippocratis medici illius celeberrimi, filius Thessali, pater Hippocratis cujus filius rursus fuit Draco, et ipse medicus, qui Rhoxanen, Alexandri Macedonis conjugem, curavit.

C Draco Stratonicensis, grammaticus, scripsit *De arte grammatica: Orthographiam:* Περὶ τῶν κατὰ συζυγίαν ὀνομάτων, *De conjugatis nominibus: De pronominibus: De metris versuum: De satyris: De Pindari carminibus*: *De Sapphonis metris*: *De Alcæ carminibus.*

E

Ἐκβιαστής. Ἄμφω γάρ εἰσιν ἐκβιασταὶ τῆς δίκης, καὶ νύττουσιν ἡμᾶς πρὸς τὸ τῆς δίκης πέρας, *ambo sunt acres exactores juris, qui nos stimulis ad justitiam exactissimum incitant.* Hæc de Gregerio et Basilio.

Ἐκκέκοφθ' ἡ μουσική, *excisa est musica.* Cum veteres olim in conviviis eruditas quæstiones tractare solerent, posteri psaltrias et citharistrias et saltatrices earum loco introduxerunt. Unde quidam καινοτομίαν, novitatem hanc reprehendentes, proverbio illo usi sunt.

Ἐκ Μασσαλίας ἥκεις, *e Massilia venis*, dicitur de hominibus effeminatis et delicatis, quales Massilienses olim fuisse dicuntur.

Ἐλατήρ.

Εἰδήσεις Ἀλκμᾶνα, λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης
Ἔξοχον, ὃν Μουσῶν ἔννέ' ἀριθμὸς ἔχει.

Cognosces Alcmanem, lyram Laconicam scite pulsantem, quem novem Musæ habent.

Elea, patria Zenonis, olim Hyele, Phocæensium

colonia, oppidum obscurum, et quod bonos tantum viros alere poterat. Hanc Zeno magis amabat, quam Atheniensium jactantiam ; itaque raro apud illos versatus in patria consenuit.

Ἐλεγείρειν (65) pro *delirare* quidam veterum dixerunt. Et sunt, qui carmen elegiacum hinc dictum putent. Theocles, Naxius aut Eretriensis, insania correptus, carmen hoc primus cecinit.

Elegus, carmen lugubre sic appellatum, quod sæpe in eo ἔ ἔ dicatur. Vel lamentationes quæ ad tibiam canuntur. Postea Midiam, Gordii filium, dum regnaret, tibiam ad aras et sacrificia transtulisse dicunt, quod matrem suam defunctam in dearum numerum referre vellet.

Eleusius, Cyzicenus et Marathonius, et CPol. non quidem magna dicendi facultate præditi, sed austero vitæ genere et fictæ modestiæ simulatione magnam adepti auctoritatem, plurimos sectatores sibi conciliarunt et monasteria, ingenti hominum utriusque sexus multitudine referta, instituerunt.

Empedocles, Metonis, vel Archinomi, vel Xeneti F., frater Callicratidis, primo audivit Parmenidem, cujus etiam, ut Porphyrius in Historia philosophica auctor est, amasius fuit. Alli aiunt fuisse Telaugis discipulum, Pythagoræ filii. Agrigentinus, philosophus physicus, Pythagoræ sectam secutus, quam etiam æmulatus est Apollonius Tyaneus, etc. Discipulum habuit Gorgiam, Leontinum oratorem. Scripsit versibus heroicis *tres libros* Περὶ φύσεως τῶν ὄντων. *De rerum natura*, sunt autem versuum circiter duo millia. Item *De re medica* oratione soluta, et multa alia. etc. *Empedoclis inimicitia*, proverbium, quod dicitur de iis qui diuturnas inimicitias adversus aliquos gerunt.

Empedotimus scripsit περὶ φυσικῆς ἀκροάσεως, *De physica auscultatione*, de quo (Julianus) ὁ παραβάτης in opere quod *Cronia* inscribitur : « Nos autem, Empedotimo et Pythagoræ credentes, et iis « quæ Heraclides Ponticus ab illis accepta tradi- « dit, et paulo ante inclytus ille rerum divinarum « interpres Jamblicus nobis ostendit.

Ἐνιαυτὸς Μέτωνος, *annus Metonis*, id est orbis annorum XIX. Meto enim, mathematicus, periodum temporis ex XIX annis constantem invenit.

Ennius, poeta Romanus (id est Latinus), quem Ælianus laude dignum esse ait, quod Scipionem magnifice extollere cupiens scripsit, solum Homerum laudes illo dignas canere posse, adeoque præstantiam ejus intelligere se demonstravit poeta Messapius (hoc est Ennius, qui a Messapo rege suam repetebat originem).

Ἐν πέντε κριτῶν γόνασι. *In quinque judicum genibus*. Olim quinque judices de comicis judicabant, ut ait Epicharmus. Dictum ad imitationem Θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Olim in genibus habebant ea quæ nunc in tabellis scribunt

Epaphroditus, Chæronensis, grammatichiæ, Alexandrini, grammatici, alumnus Apinstitutus, a Modesto, Ægypti præfecto, cujus filium Pitelinum institnit. Claruit tempore Neronis ad Nervam usque : quo tepPtolemæus Hephæstionis filius vixit et multa doctrina clari. Idem cum libros subinde exXXX mille sibi comparavit, eosque bonos et vulgares. Corpore fuit magno et nigro incophantiaci (ὡς ἐλεφαντώδης). Habitavit in Pnocoriis, ubi binas ædes habuit. Decessit intercute, annum agens LXXV, multaque reliquit. V. notam 1, pag. 790.

Ἐπειοῦ δειλότερος, *Epeo timidior*, Cratinus micus, dicebatur, fortasse quod, cum Epibui præesset, timidior videretur. Epeus enidus erat.

Ephectici philosophi sic appellati ab ἐπέχειν *inhibere*, quod assensum de rebus inhibeasque comprehendi non posse statuerent. δογματίζειν (66) αὐτὰ ἀκατάληπτα.

Ephesiæ litteræ, id est incantationes quæ obscuræ, quas et Crœsum in rogo dixisse Et Olympiæ Milesio et Ephesio luctantibus Milesium luctari non potuisse, quod alteri Ephesias talo pedis alligasset. Ea autem perpta, litterisque illis solutis, *Ephesium* fuisse prostratum.

Ephippus, Atheniensis, comicus mediæ diæ.

Ephippus, Cumanus, filius Demophichi, Isocratis oratoris auditor, historicus habuit Demophilum, historicum. Vixit XCIII, ita ut Philippi Macedonis regnum rit. Scripsit Historiarum ab Ilii expugnatione janoque bello ad sua usque tempora « libros III « De bonis et malis libris XXIV : Rerum bilium τῶν ἐκαστάχοῦ, quæ in quavis re « observantur, libros XV ; De rebus quas quis « invenit libros II, et alia.

Ephorus, Cumanus, et Theopompus, Damasti F., Chius, ambo Isocratis discipuli, sed ingenio stylo quam maxime inter se discrepantes. Ephorus ingenio erat simplici, et quod ad dictionem ejus historicam attinet, supinus et segnis semper remissus. Theopompus vero ingenio erat acerbo maligno ; at dictione copiosus et *densus*, ac mentiæ plenus : cætero qui veri studiosus in iis scribebat. Isocrates igitur hunc frenis, Ephorum vero calcaribus indigere dixit. Theopompus au-

(65) At Küsterus e codd. Paris. et propter litterarum seriem edidit ἐλεγεῖνειν. HARL.

(66) Fallitur Suidas, Scepticis tribuens, quod fuit quorumdam Academicorum. Nam Scepticis nihil statuerunt neque ἐδογμάτισαν, sed tantummodo dubitare se profitebantur. Vide, si placet, quæ notavi ad Sextum Empiricum.

(67) Küster ad h. l. tom. II, pag. 919. not. 8, τριάκοντα τὸ ἐξῆς πεσεῖν legere malit τρὶς τὸ ἐξῆς *ter dejectum fuisse* ab adversario, suamque emendationem late pulchreque explicat probatque. HAR

xsilium ejectus, supplex ad templum Dianæ A
iesiæ confugit. Multas etiam epistolas contra
os ad Alexandrum misit, eumdemque multis
libus ornavit. Dicitur etiam vituperationem
s scripsisse, sed quæ non exstat.

Epicharmus, Tityri vel Chimari vel Sicidis filius,
acusanus, vel ex Sicanorum civitate, Crasto,
una cum Phormio comœdiam Syracusis invenit.
cuit fabulas LII, vel, ut Lycon ait, XXXV. Qui-
n tradunt ipsum fuisse Coum, unum ex iis qui
n Cadmo in Siciliam migrarunt; alii Samium;
Megaris, urbe Siciliæ oriundum. Fuit sex annis
.e bellum Persicum Syracusis docens; quo tem-
-e Athenis Euetes et Euxenides et Mylus fabulas
ebant.

Epicrates, Atheniensium orator, σακεσφόρος *bar-* B
er appellatus, cujus meminere Aristophanes,
ito comicus et Demosthenes, orat. *De falsa lega-*
ne. Alius, cujus meminit Lycurgus, orat. *De*
ministratione ærarii quem sexcenta talenta in
nis habuisse aiunt. Alius Epicrates, Æschinis
itoris affinis, qui Cyrebion cognominabatur, teste
mosthene, orat. contra Æschinem.

Epictetus ex Hierapoli Phrygiæ, philosophus,
rvus Epaphroditi, unius de satellitibus imp. Ne-
nis. Ob defluxionem altero crure debilis in novæ
iri urbe, Nicopoli, habitavit et vitam usque ad M.
itonini imperium produxit. Scripsit multa. Theo-
bius, philosophus multa ex Epicteti scholis desum-
a dixit, alia ei ipse excogitavit. Quare et præcepta
tæ talibus libris complexus est et posteritati reli-
iit, qualibus et Epictetus, ita ut nostri temporis C
pictetus esse videatur, exceptis tamen opinionibus
oicis. Theosebius enim nullius scriptoris opinio-
es tam amplectebatur et admirabatur, quam Pla-
nis veritatem. Quinetiam quemdam libellum
onscripsit, de rebus in magni Politia (Platonis)
leganter dictis. Quamvis remp. non attigit, sed
rivatum coluit vitæ genus, cui et Socrates ille et
Epictetus καὶ πᾶς εὖ φρονῶν, et quilibet cordatus
studet, etc., *ex Damascio*.

Epicurus, Neoclis F., Atheniensis, populo Garget-
tius, matre Chærestrata, frater Neoclis, Chæredeni
et Aristobuli, sive Aristodemi, philosophari cœpit
ab anno duodecimo ætatis: pecularis sectæ conditor
Et primum quidem Sami cum parentibus commo-
atus est, deinde Mitylenæ annum unum scolæ D
præfuit, postea Lampsaci docuit, et denique Athenis
n horto suo. Audivit Nausiphanem Democriteum
et Pamphilum, Platonis discipulum. Natus est
Olympiade CIX, septem annis post mortem Platonis
et vitam produxit usque ad successores Alexandri
M. et Antigonum, qui Gonatas dictus est. Schola
ejus permansit usque ad Cæsarem primum annos
CCXXXVII, et infra tempus istud XIV successores
habuit. Scripta ejus sunt multa. In testamento suo
jussit Metrodoro et Polyæno sodalibus suis semel
quotannis parentari, sibi vero bis, etc. Epicurei
SCto Roma sunt ejecti, eosdem expulere Messenii
in Arcadia, iisque expulsis totam urbem a Timu-
chis, magistratibus suis, fecerunt purgari velut
sordibus quibusdam et purgamentis liberatam. In
Creta quoque Lyctii (68) quosdam Epicureos, illuc
profectos, expulerunt, legemque tulerunt: « Epi-
« curei sapientiæ effeminatæ et degeneris ac tur-
« pis inventores diisque invisi per præconis vocem
« Lycto excedere jubentor, » etc.

Epigenes, comicus. Ex ejus fabulis sunt Ἡρωΐνη, Μνημάτιον, Βακχεί (aut uti Kuster ex Athenæo IX, pag. 184, malit Βάκχαι). Athenæo memoratæ. Duarum aliarum nomina addit Kust.

Ἐπίγραμμα. Omnes inscriptiones, quamvis non B
constent versibus, dicuntur epigrammata.

Epylicus, poeta comicus. Ex fabulis ejus est χοραλίσκος, ut testis est Athenæus, lib. IV, pag. 133 et 146, ubi scribitur Κωραλίσκος.

Epimenides, Phæsti aut Dosiadæ aut Agiasarchi F., matre Blasta, Cretensis Cuossius, poeta epicus. Hujus animam ferunt corpore excessisse, quandiu ipse voluisset, et postea in illud reversam esse, cutemque longo post mortem ejus tempore inventam γράμμασι κατάστικτον, litteris notatam. Unde proverbium ἐπιμενίδιον δίρμα de rebus reconditis. Vixit Olympiade XXX, ut et septem sapientes Græciæ antecesserit ætate, vel saltem illos attigerit. Hic jam senex Athenas, Cylonio scelere pollutas, lustravit Olymp. XLIV. Scripsit multa versibus: itemque C
oratione prosa, mysteria quædam et lustrationes et alia ænigmatica. Ad hunc Solon legislator scripsit, reprehendens urbis lustrationem. Vixit annos CL et sex continuos dormivit.

Epinicus et ipse comicus, ex cujus fabulis Ὑποβάλλόμεναι Athenæo memoratæ.

Epiphanius, Ulpiani F., Petræus, sophista, qui et in patria, Petra, et Athenis docuit. Scripsit Περὶ κοινωνίας καὶ διαφορᾶς τῶν στάτεων « De iis quæ « status causarum inter se communes habent et in « quibus differunt. Progymnasmata. Declamatio- « nes. Orationes Demarchicas. Orationem Pole- « marchicam Λόγους ἐπιδεικτικούς, sive *Eloquentiæ specimina* et *Theoremata* quædam *miscellanea*.

Epiphanius, episcopus Constantiæ, urbis Cypri, olim Salamis dictæ. Scripsit contra omnes hæreses, libros, qui *Panaria* vocantur. Item alia D
multa, quæ a doctis propter res ipsas, ab indoctis propter stilum leguntur. Decessit in extrema senectute.

Epiphanius, episcopus Selybriæ, sive Olibriæ. Scripsit λόγον ἀντιῤῥητικὸν κατ' εἰκονοκαυτῶν, λίαν ὠφέλιμον, librum valde utilem contra eos qui imagines cremabant.

Epiphanius et Euprepius, Alexandini, initiorum sive mysteriorum, apud Alexandrinos receptorum peritissimi: Euprepius quidem illorum, quæ Persica

(68) Confer *Tristanum*, tom. I, pag. 445.

vacabantur; Epiphanius illorum, quæ in Osidiris honorem celebrabantur, et celebratissimi Dei Æonis, etc. (Ex Damascio.)

Epistola [IX) Juliani parabatæ, ad Porphyrium, catholicum, quæ jubet copiosam Georgii (Cappadocis) bibliothecam omnis generis philosophis, multis etiam commentariorum scriptoribus refertam, in quibus et multa ac varia Galilæorum scripta, universam ad se Antiochiam transmitti.

Ἐποποῖα, sic vocatur historia heroico versu scripta. Nam poesis, quæ caret fabula, est epopœia.

Erasistratus, Juliates Ceius ex Juliade, Cei insulæ oppido, filius Cretoxenæ, Medii medici sororis, et Cleombroti. Hic Antiochum regem, Stratonices novercæ amore laborantem, sanavit. Sepultus est juxta montem Mycalen. e regione Sami. Scripsit *De re medica libros IX.*

Eratosthenes, Aglai vel Ambrosii F., Cyrenæus, Aristonis, philosophi, Chii. et Lysaniæ, Cyrenæi, grammatici, et Callimachi, poetæ, discipulus. Arcessitus Athenis a Ptolemæo tertio ad quintum usque vixit. Hic quod in omni doctrinæ genere secundum locum teneret et viris summis proximus esset, *beta* vocatus est. Alii eum Platonem secundum vel juniorem, alii πένταθλον et quinquercionem appellarunt. Natus est CXXVI Olympiade, obiit ætatis anno LXXX, ex inedia propter hebetatam oculorum aciem, relicto insigni discipulo, Aristophane, Byzantio, cujus discipulus fuit Aristarchus, hujus vero Mnaseas, Menander et Aristis. Scripsit philosophica, poemata et historias. *Astronomiam* sive *catasterismos* de iis qui inter astra relati sunt. Item *De philosophorum sectis. De vacuitate doloris. Dialogos* multos et multa *grammatica.*

Erennius cognomen fuit Philonis Byblii, ut ipse dicit.

Erinna, Teia vel Lesbia, vel, ut alii, Telia, ex Telo, parva insula prope Cnidum fuit ἐποποιὸς, poetria epica, scripsitque Ἠλακάτην, quod est poema, Æolica et Dorica dialecto scriptum, versibus CCC. Fecit et epigrammata. Obiit virgo, XIX annos nata, amica et æqualis Sapphonis. Versus ejus judicati sunt Homericis pares,

Eriphus, comicus, ex cujus dogmatibus Αἰόλος, πελταστὴς, μελίβοια, ut Athenæus, libro XIV Dipnosophist.

Ἐς Μασσαλίαν πλεύσας, *Massiliam navigans*, de iis dicitur, qui effeminate et molliter vivunt, V, supra, ἐκ Μασσαλίας, et Athen. XII, pag. 523.

Ἔσχατος Μυσῶν πλεῖ, *Mysorum ultimus navigat*, proverbium de iis quibus dura et difficilia imperantur, etc.

Essæi, ascetæ inter Judæos, qui Pharisæos et scribas severitate disciplinæ longe superarunt, ἐπιμελοῦνται τῆς ἠθικῆς λέξεως, θεωρίᾳ δὲ τὰ πολλὰ παραμένουσιν, dictionem ethicam et in contemplatione plerumque perseverantes, de etiam vocantur Essæi, i. e. θεωρητικοὶ, *templatores.*

Evagoras, Lindius, historicus, scripsit « Timagenis et aliorum doctorum virorum « tiones, ordine alphabetico; Thucydidis « rhetoricam libris V, De dictionibus [illegible] « ac controversis apud Thucydidem; Histo[illegible] « gnum Ægyptorum. »

Evagrius varia scripsit et inter ea Com[illegible]rium in Proverbia Salomonis.

Evangelus, comicus, e cujus dramatibus [illegible] λυπτόμενος apud Athenæum. [lib. XIV, pa[illegible] Sed ibi fabula hæc appellatur Ἀνακαλ[illegible] notante Kustero, ad tom. I, pag. 880.]

Evathlus, orator improbus, garrulus [illegible]bilis.

Eubulus, demagogus clarissimus.

Eubulus, Sphettius Atheniensis, Euphra[illegible] comicus. Docuit fabulas CIV, vixitque Olymp[illegible] CI medio inter mediam et veterem com[illegible] tempore. V. notam Kusteri.

Euclides, ex Megaris, in Isthmo sitis, [illegible]phus, auctor sectæ quæ ab ipso Megari[illegible] [illegible]ctica aliis et Eristica. Fuit Socratis [illegible] eique Ichthyas et postea Stilpon in schol[illegible] sit, Scripsit dialogos, « Alcibiadem, [illegible] « Critonem, Phœnices, Lampriam, Am[illegible] et alia quædam.

Eudæmon, Pelusiota, grammaticus, [illegible]banii sophistæ, ad quem etiam divers[illegible] Hic varia composuit « Poemata, et [illegible] « maticam et Orthographiam nominum

Εὐδαιμονέστερος τῶν Καρκίνου στρο[illegible] *felicissimus*, in Carcini poetæ filios, etc. [illegible]

Eudemus, orator, varia scripsit et præ[illegible] con utilissimum verborum, *quibus* [illegible] optimi quique scriptores utuntur, ordine [illegible]tico [Kuster, in not. 2, tom. I, *pag.* 885, [illegible] quæ hodie in diversis exstant bibliothecis [illegible] *demi*, rhetoris, nomen præferunt, [illegible] esse existimati.]

Εὖ διάγειν. Hanc formulam salutandi epis[illegible] suis præscripsit Epicurus. Cleon vero [illegible] Plato εὖ πράττειν.

Eudoxius, episcopus Antiochiæ, ex Arab[illegible] oppido minoris Armeniæ oriundus, cujus pa[illegible] Cæsarius, sub Maximiano martyrii corona redi[illegible]tus est, etc.

Eudoxus, Æschinis F., Cnidius, *philosophus*, [illegible]tonis æqualis, cui fuere tres filiæ, Actis, Delp[illegible] Philitis. Astrologiæ insigniter deditus *fuit scrip*[illegible]que plura ejus generis et *Octaeteridem*, necnon « Astronomiam (69) versibus heroicis »

Evenos, duos aiunt fuisse elegiacos poetas, [illegible]que ambos Parios.

(69) Non Eudoxus versus scripsit, sed Aratus Eudoxi prosa.

:ὼ, *animi tranquillitatem* Democritus, Abde- A
ɔcuit finem esse et summum felicitatis, etc.
erius, Joviniani imp. temporibus doctrina
n et ingenii præstantia antiquis non inferior,
ıi ex molli simplicitate multos insontes
est judicii laqueis irretiri.
ɛnius, Trophimi, F., Augustopolitanus, Phryx,
ıaticus, docuit CPoli, ubi valde clarus fuit
enex tempore Anastasii imp. Scripsit de
sione versuum melicorum Æschyli, Sophoclis
ipidis in fabulis XV. De pæonio et palimbac-
netro ; de nominibus templorum et quomodo
ɔferri debeant, ut Διονύσειον, Ἀσκληπίειον.
ıula miscellanea ordine alphabetico, in quo
etiam nova quædam et singularia habet ad
tum, spiritum, scripturam, fabulam aut prover- B
pertinentia ; de nominibus, in α desinentibus,
ɛια vel ἐνδία, et quando ea bifariam efferan-
tem alia quædam iambica trimetra.
ıογον ἀξίωμα, *axioma probabile*, differt a
ηπτικῇ φαντασίᾳ, s. comprehendente phan-
Cleanthes philosophus, appositis ipsi jussu
mæi regis malis punicis cereis, negavit se,
viso assensum, sed tantum probabile pu-
, etc.
olpidæ ab Eumolpo, Thrace, qui rationem
andi invenit, vel a Musæi filio, qui fuit a se-
lo quintus.
ımolpus, Eleusinius vel Atheniensis, filius
æi, poetæ, et, ut quidam tradunt, discipulus
hei, poeta epicus ante Homerum. Vicit etiam
ıia. Ad lyram enim poetæ de palma inter se
abant. Scripsit Τελετὰς Δήμητρος, *Initia Cere-*
ejusque ad Celeum adventum et ministeria,
bus ejus tradita, eaque omnia versibus heroicis
M, *Chiroscopicorum* librum unum, prosa ora-
ıe.
unidæ apud Athenienses familia citharœdorum,
ris inservientium.
unomius, tempore Valentis imp. episcopus
icenus, notarius Actii, quem cognominant
eum, cum quo diu versatus, sophisticum ejus
serendi modum imitatus est. Ejus *septem libri*
epistolam ad Romanos et aliæ quæ circumferun-
r, lucubrationes, verborum quidem copia abun-
ntes, at sententiarum inopes. Ex Socratis Hist.
cles. IV, 7.
Evodus, Rhodius, poeta epicus, Neronis tempore
xit, poeta Latinus admirabilis. Hujus libri nulli
ıstant.
Euphorion, filius Æschyli, tragici, Atheniensis,
ragicus et ipse : qui fabulis, quas pater ante in
ıcem non ediderat, certans quater vicit, scripsit
t ipse quædam dramata.
Euphorion, Polymnesti F., ex Chalcide Eubœæ,
liscipulus in philosophicis Lacydis et Pritanidis :
in poeticis vero Archebuli, Theræi, poetæ, cujus
etiam deliciæ fuisse fertur. Natus est Olympiade
CXXVI, quo tempore et Pyrrhus a Romanis victus
est. Eum Nicia Alexandri, regis Eubœæ, Crateri
filii, uxor amavit ; hinc prædives ad Antiochum
magnum, regem Syriæ, se contulit et ejus biblio-
thecæ præfectus, ibidem defunctus, Apameæ, vel ut
alii, Antiochiæ, sepultus est. Libri ejus versibus
heroicis scripti sunt hi : *Hesiodus*, Μοψοπία ἢ
ἄτακτα, *Mopsopia* sive *Miscellanea* libris V, opus
continens historias micellas, inscribiturque Mo-
psopia, quia Attica olim ita dicta est a Mopsopia,
filia Oceani. Desinit in Attica Chiliade ; nam liber
quintus inscribitur ἐπιγράφεται ἡ πέμπτη (scil
βίβλος), χιλιὰς περὶ χρησμῶν (70), *Chilias de ora-*
culis, quæ post mille annos eventus comprobavit.
Disputat enim adversus eos qui ipsum, deposita
apud illos pecunia fraudarant, docens eos vel multo
post tempore pœnas, daturos esse.
Eupithius et Archiadas, duo Hegiæ (philosophi),
filii, de quorum ingenio et moribus quædam ex
Damascio, etc.
Eupolis, Atheniensis, comicus, qui annos natus
XVII, in scena certare cœpit ediditque fabulas
XVII, vicit septies, Idem in bello contra Lacedæ-
monios naufragio in Hellesponto periit. Unde lex
lata est, quæ poetas vetuit militare. Fabulæ ejus
sunt : Αἶγες, Ἀστράτευτος ἢ ἀνδρογύνη et aliæ.
Εὖ πράττειν, hanc formulam salutandi Plato
epistolas XIII, easque morales. *Vide* supra, εὖ
διάγειν, et Cleon, χαίρειν. C
Eurybatus, i. e. *homo malus*. Ductum est pro-
verbium ab Eucybato quodam ; variorum opiniones
atque interpretationes. *Vide* apud Suidam ; adde
Kusteri Notas.
Euripides, Atheniensis, tragicus antiquior ce-
lebri illo Euripide. Docuit fabulas XII, vicit bis.
Euripides, Mnesarchi seu Mnesarchidæ et Cli-
tonis F., non ex matre, olerum venditrice, sed ex
genere nobilissimo, ut demonstrat Philochorus.
Natus fuit eo die quo Græci Persas fugarunt. Initio
pictor, deinde Prodici in rhetoricis, Sacratis vero
in doctrina de moribus et in rebus philosophicis
discipulus. Audivit etiam Anaxagoram quem cum
vidisset in discrimen capitis ob dogmata venisse,
animum ad tragœdiam appulit homo severis mo-
ribus ac tristis, unde et μισογύνης sive mulierum D
osor est existimatus, Duxit tamen Choerinam, Mne
silochi filiam, ex qua Mnesilochum, Mnesarchidem
et Euripidem suscepit. Hac repudiata, alteram
æque impudicam est expertus. Athenis relictis
apud Archelaum, Macedoniæ regem, in summo
vixit honore, sublatus, ut aiunt, a canibus per
insidias Arrhidæi, Macedonis, et Cratevæ, Thes-
sali, poetarum, ipsi invidentium : vel laceratus a

(70) Kuster malit legere ἐπιγρ. δὲ Χιλιᾶς, ἢ περὶ admissa Fabric. interpretatione et ellippi, nil erit
Χρησμῶν, omisso vocab. πέμπτη, et sic vertit, sed mutandum. HARL.

mulieribus, cum noctu Craterum, Archelai delicias, vel uxorem Nicodemi Arethusii peteret. Annos aiunt vixisse LXXV, ossaque ejus Pellam, jubente rege translata. Fabulæ ejus LXXV, vel, ut alii, XCII: ex quibus exstant LXXVII. Vicit quinquies, quater adhuc superstes, semel vero post obitum fabulam ejus in scena exhibente Euripide, fratris ipsius filio. Fabulas edidit per totos annos XXVI. Obiit Olympiade CXIII. Conf. Kusteri not.

Euripides, tragicus, prioris ex fratre nepos, ut tradit Dionysius in Chronicis. Scripsit Ὁμηρικὴν ἔκδοσιν, editionem Homericam, nisi fortasse ea alterius sit. Fabulæ ejus sunt Ὀρέστης, Μήδεια, Πολυξένη.

Euschemus, comicus. Ex fabulis ejus Ἐμπολή, teste Athenæo.

Eusebius Pamphili, Arianæ sectæ addictus, Cæsareæ Palæstinæ episcopus, sacrarum Scripturarum insigniter studiosus et divinæ bibliothecæ una cum Pamphilo martyre diligentissimus investigator. Multa edidit opera, inter quæ sunt ista: *Evangelicæ demonstrationis libri XX. Evangelicæ Præparationis libri XV. Theophaniæ libri V. Ecclesiasticæ Historiæ libri X. Canones chronici variæ historiæ, et eorum Epitome. De evangeliorum dissensione. In prophetam Isaiam libri X. Contra Porphyrium*, qui tunc, ut quidam putant, in Sicilia scribebat, *libri XXX.* Τοπικῶν, sive *De locis sacris liber; Apologiæ pro Origine libri VI. De vita Pamphili libri III. De martyribus* alia opuscula. *In Psalmos CL* Commentarios eruditos, et multa alia. Floruit maxime temporibus Constantini imp. ac Constantii, et ob amicitiam, quæ ipsi cum Pamphilo martyre intercessit, ab eo cognomentum sortitus est. Scripsit etiam *Ad Marinum*, in quo opere dicit Christi Ecclesiam duo vitæ genera et instituta præcipere, quorum unum sit excellens et supra communem vitæ humanæ rationem positum, quale est monachorum; alterum minus sublime et communi hominum vitæ accommodatum, quod nec a conjugio abhorreat.

Eustathius, Epiphaniensis, scripsit *Compendium chronicum* rerum, ab Ænea usque ad Anastasium imp. gestarum *libris* (71) *novem*.

Eustathius, Sebastianus, cum Basilio Ancyrano, ejusdem urbis episcopo, sectæ Macedonianæ caput fuit.

Eustephius, Aphrodisiensis, sophista unus ex illustribus Adrottorum, quæ est urbs Lydiæ, incolis. Scripsit *declamationes*.

Eustochius, Cappadox, sophista. Scripsit *Cappadociæ et reliquarum gentium antiquitates, et* τὰ κατὰ Κώνσταντα τὸν βασιλέα (72), *res gestas ab imperatore Constante*.

Euthycles, ex cujus comœdiis [illegible] Ἐπιστολή, teste Athenæo in Diphosophe.

Euthydemus, magister Apollonii Tyrasensis Cilix, etc. (Ex Philostrato).

Euthymenes archon Atheniensis, sub [illegible] gatum est decretum archonte Morychid[illegible] quo comicis adimebatur libertas aliquem perstringendi.

Eutropius, Italus, sophista, Historiæ [illegible] Compendium Latina lingua scripsit, alia[illegible] apud Suidam sequuntur: Eutropius, [illegible] tutor Theodosii imper., et Eutropius, pr[illegible] cubiculi Arcadii imper. homo sceleratissim[illegible]

Eutyches, CPoli monasterii præfectus sectæ Manetis et Apollinaris tertius defen[illegible] (Ex Theodoro Raithuensi.)

Euxenus, vir non admodum probus ne[illegible] vitæ deditus, et Epicuri moribus imbut[illegible] goræ vero opiniones ita cognoscebat u[illegible] quæ discunt ab hominibus, χαῖρε vel [illegible] et Ζεὺς ἵλεως. Apollonius puer Euxenu[illegible] bat, sed ad decimum sextum annum pro[illegible] Pythagoricam vitam se contulit, Euxenu[illegible] amare non desiit, etc. (Ex Philostrato

Ἐξ ἁμάξης. Apud Athenienses festum [illegible] in quo poetæ, plaustris insidentes, certab[illegible] tionibus risus movendi gratia, quod D[illegible] dixit, ἐξ ἁμάξης, *ex plaustro*. Chorus [illegible] vocabatur Lenaites.

Ἐξηγηταί. Tres erant exegetæ ord[illegible] linis designati, quibus curæ erat lustr[illegible] aliquo piaculo obstricti essent. Sic etiam [illegible] patriorum institutorum et jurium int[illegible] culiariter, interpretes sacrorum, q[illegible] inferiis aliisque Juribus de *functorum* [illegible] bus respondebant.

Ezechias. Exstabat liber *Salomonis* [illegible] omnium morborum continens, qui tem[illegible] iucisus erat. Hunc Ezechias obolevit, *quod* [illegible] mentem ad Deum non adverteret, sed qu[illegible] ægri essent, curationes inde peterent, [illegible] divini Numinis invocatione.

Fabius pictor, historicus Romanus. Hic ait, [illegible] Romanorum magistratuum licere quidquam [illegible] sit publicum, in privatos usus convertere.

Falcidia lex a Cæsare Caio Octavio lat[illegible] maximam etiam nunc auctoritatem habe[illegible] hæreditatum successionibus a Falcidio, trib[illegible] plebis, inventa.

Faunus, Pici seu Jovis F., quem nomine pla[illegible] Mercurium appellabant. Hic fuit astronom[illegible] tallaque auri, argenti et ferri invenit, eorum[illegible] tractandorum rationem Occidentales docuit, [illegible] etiam ab indigenis vocatus πλουτοδότης, q[illegible] donator. Insidiis appetitus a fratribus in Egyp[illegible]

(71) Evagrius, v, 24, *libros* tantum *duos* fuisse testatur.

(72) Ita Cangius, pag. 31, ad Zonaram, ex Ic[illegible] dociæ loniis mss. [s. pag. 166, ed. Villois.]

in tribum Chami, filii Noe, a quibus susce-
:um ipsis habitavit. Idem aurea stola indutus
:ura prædicens divitiasque eis impertiens,
iam Deus ab ipsis cultus est.

'orinus, Arelatensis Gallus, sexu hermaphro-
, eruditissimus et philosophiæ peritissimus,
ricæ in primis addictus. Floruit tempore
.ni imp., vitamque produxit usque ad Hadriani
rium. Æmulatus est Plutarchum, Chæronen-
innumeris pene libris conscribendis. Scripsit
ilosophica et historica, quorum magnus est
erus. Ex ipsius libris sunt isti : « De Homeri
ilosophia ; de Socrate et arte ejus amatoria ;
Platone : De philosophorum victu, » et alia.
1 etiam γνωμολογικὰ, *dicta sententiosa* scripsit.
uster, not. tom. III, pag. 572.

:bruarium mensem, a quodam consule, *Februa-*
natione Gallo, quod is invidia ductus Camillum
nendacia expulisse Urbe, deinceps autem ipse,
illo post Brennum profligatum recepto suamque
: dicente causam, turpiter ex Urbe esset ejectus,
e nudatus, junceaque storea circumdatus et
'is cæsus, fuisse denominatum, cæterisque
ısibus factum breviorem, Suidas forsan ex
igonio quodam narrat, sed Kuster, jure, nugas
: meras, judicat.

'laminius ὀχλοκόποςκαὶ δημαγωγὸς τέλειος, ora-
turbæ rudi vendibilis et qui ad populum di-
do supra modum voleret, cæterum ad rem
licam administrandam ineptus. (Ex Polybio,
cap. 80.)

'ronto, Emisenus, orator, qui Romæ, temporibus
eri imp., vixit. Hic Athenis æmulus fuit Phi-
trati primi et Apsinis, Gadareni, ibidemque
it annos circiter LX natus, et Longinum, criti-
m, sororis, Frontonidis, filium hæredem reli-
it. Scripsit orationes multas.

Fulvia (Φολουΐα), Antonii uxor. Hæc Ciceronis
put amputatum genibus suis imposuit, cumque ei
ntumeliosissime illusisset atque illud conspuisset,
ndem diducto ore extractam ejus linguam acu, qua
gendis capillis utebatur, punxit, additisque multis
t gravibus probris, pro rostris exponi jussit, ut,
uo ex loco adversus ipsam olim concionans auditus
uerat, ibidem caput ejus præcisum spectaretur.

G

Gaianus, Arabs, sophista, discipulus Apsinis, Ga-
larensis, vixit Maximini et Gordiani temporibus, et
scripsit *De constructione* libros V, item *Artem rhe-*
toricam et *Declamationes*. Idem Beryti docuit elo-
quentiam.

Galenus, medicus celeberrimus, Pergamenus,
qui Marci, Commodi et Pertinacis temporibus Ro-
mæ vixit, Niconis, geometræ et architecti, F., com-
posuit medica et philosophica, itemque grammatica
et rhetorica, quæ, ut omnibus nota, recensere su-
pervacaneum duxi. Vixit annos LXX.

Genethlias, Genethlii F., ex urbe Petris, sophista,
Minuciani et Agapeti discipulus, æmulus Athenis
A Callinici. Memoria ita valuit, ut declamationem
semel auditam, repeteret. Obiit juvenis, annos na-
tus XXVIII. Scripsit Λαλιὰς sive Διαλέξεις, « Allocu-
« tiones et » Μελέτας « Declamationes, » inter quas
est « Exsul seipsum vendens post Thébarum exci-
« dium Propempticum ad amicos suos, » Dadu-
chum et Asclopiadem· « Orationes panegyricas. »

Gennadius, patriarcha CPol., conspectum ab eo
φάσμα δαιμόνιον, etc.

Georgius, Magnæ Ecclesiæ diaconus et chartophy-
lax, cognomine *Pisides*. Scripsit *Hexaemerum*, sive
De opificio mundi, quod tribus fere militibus ver-
suum iambicorum constat : « De Heraclio imp. et
« bello Persico ; » ad hæc oratione soluta « Aba-
« rica et Encomium Anastasii martyris. » Kusteri
B not. 1, pag. 475.

Gesius (Γησιος), Petris oriundus, Zenonis imp.
temporibus arte medica clarissimus fuit, et Domni,
Judæi, præceptoris sui, gloriam penitus obscura-
vit, etc. Heraiscum, cum Zenonis jussu quæreretur,
domi suæ occultavit, et deinde in fuga defuncto
justa persolvit. Basilicus ideo ab imp. missus Aga-
pium et cæteros philosophos comprehensos in
prætorium abduxit. (Ex Damascio.)

Γνῶθι σεαυτὸν, τὸ νόμισμα παραχάραξον, præcepta
Pythica, « Nosce te ipsum » et « opinionem vulgi « con-
« temne ; » et : « Non veritatem, sed nomisma adulte-
« ra. »

Goetiam, magiam, pharmaciam Medi et Persæ in-
venerunt. *Magia* est evocatio dæmonum benefico-
C rum, boni alicujus efficiendi causa; qualia sunt
Apollonii Tyanensis θεσπίσματα, « præcepta et ora-
« cula ; Goetia, » ἀπὸ τῶν γόων, « a lamentis, » quæ
circa sepulcra audiuntur ita dicta est, per quam
animæ defunctorum evocantur ab inferis. *Phar-*
macia veneficium, per quod alicui pharmaca le-
thalia vel philtra præbentur. Magia et astrologia
e Magusæis, id est Persis, orta est. Persæ Μαγὼγ
sive Μαγουσαῖοι ab indigenis vocantur.

Gorgias, Charmantidæ F., frater Heredici me-
dici, Leontinus, rhetor, Empedoclis discipulus,
magister Poli, Agrigentini, et Periclis et Isocratis
et Alcidamantis, Eleatæ, qui et in schola ipsi suc-
cessit. Porphyrius eum refert ad Olympiadem
LXXX, sed antiquior est. Rhetoricam primus in
D artem redegit, etc. A singulis discipulis centum
exegit minas ; vixit annos CIX et multa scripsit.

Gratianus imp., Valentis sævitiam in Christianos
detestatus, omnibus, lege lata permisit, ut secure
ac libere conventus in ecclesiis propriis agerent,
solis Eunomianis, Photinianis et Manichæis con-
venticula ademit.

Gregorius Nazianzenus in Cappadocia, Basilii,
Cæsariensis, amicus, grammaticus et poeta excel-
lens, multo magis insignis philosophus et orator
ἀμφιδέξιος, *peritissimus* fuit. Multa scripsit oratione
soluta ad τρεῖς μυριάδας στίχων, ad versuum tri-
ginta millia. Ex his sunt : « De obitu fratris Cæsa-
« rii ; Oratio funebris in patrem suum ; altera
« sororem Gorgoniam ; De pauperibus amandis ;

« des Machabæorum ; Laudes Cypriani ; Laudes Atha-
« nasii ; Laudes Heronis philosophi ; Contra Julia-
« num imp. orationes ; De Spiritu sancto oratio una ;
« Orationes panegyricæ X, » aliæque plurimæ, quæ omnibus notæ sunt. Secutus est genus dicendi, quo usus est Polemo, Laodicensis, qui Smyrnæ eloquentiam docuit et Aristidis rhetoris præceptor fuit. Scripsit et librum versibus hexametris, in quo *Virginitas* et *Conjugium* inter se colloquuntur. Item de aliis argumentis diverso et omnifario genere carminis ad versuum triginta millia. Hujus meminit Philostorgius, licet Arianus, etc. Gregorius, alio Ecclesiæ suæ episcopo in locum suum substituto, ipse ruri vitam monachi egit decessitque decimo tertio Theodosii imp., annos natus amplius XC.

Gregorius, episc. Nyssenus, frater Basilii Cæsar., eruditissimus et eloquentiæ laude nulli veterum cedens. Eximium librum *Contra Eunomium* scripsit et aliud *De fabricatione hominis*, aliasque homilias plurimas. Item « In Cantica canticorum, In Ecclesiastem, » et « Ad sororem Macrinam, » longam et elegantem orationem de anima. Scripsit et multa alia et admirabile illud « Encomium Stephani, » primi martyris, et « Vitam Gregorii Thaumaturgi. »

Gregorius, qui et Theodorus, Thaumaturgus, Neocæsareæ id Ponto episcopus, ob Græcarum Latinarumque litterarum studium e Cappadocia adolescens se Berytum et inde Cæsaream Palæstinæ contulit cum fratre Athenodoro. Hos Origenes per quinquennium erudiit et ad fidem Christi paulatim reduxit. Gregorius, in patriam rediturus, Origeni præsenti gratias egit *Oratione panegyrica*, quæ etiamnum exstat, Scripsit et *Metaphrasim et Ecclesiastem*, brevem illam, sed admirabilem : multasque *Epistolas*. Decessit sub Aureliano clarus miraculis, quæ episcopus edidit. — Athenodorus, Gregorii frater, sophista, scripsit « De incarnatione et fide « orationem. »

Gregorius, Hermiæ, philosophi, frater plane dissimilis, supra modum actus et ad quæstiones et disciplinas expeditus, cæteroqui inquietus, etc., (E Damascii Hist. philosophica.)

« Gygis annulus, » de hominibus valde versutis et callidis, etc.

Γυμνασία διαλεκτική. Hujusmodi libros Aristoteles et Theophrastus scripserunt, quibus docent rationem probabiliter in utramque partem disserendi.

Gymnasius, Sidonius, sophista, imperatoris Constantini temporibus vixit. Scripsit « Declama-
« tiones » et « Commentarium in Demosthenem » et alia quædam.

H

Hæresis. Hippobotus dicit, novem esse sectas sive disciplinas philosophorum, « Megaricam, Ere-
« triacam, Cyrenaicam, Epicuream, Anniceriam,
« Theodoriam, Zenoniam » seu « Stoicam, Acade-
« micam et Peripateticam » Cynicæ autem et Eliacæ ac dialecticæ non meminit. Pyrrhonia non poterit appellari secta, nulla enim habet dogmata ; has secta ecclectica introducta est a Potamo Alexandrino, qui ex singulis sectis ea, quæ probarent, eligebat, etc. (Ex Laertio I, segm. 19.)

Harpocras, Ammonio (Hermeæ) Laertio, Nicomedi, Isidoro, Horapollini, Heraisco et Ammonio Ægyptius qui Zenonis imp. tempore vixit, fra in Horapolline. (Ex Damascio.)

Harpocration, Argivus, Platonicus philosophus, Cæsari familiaris. Scripsit « Commentarios in
« Platonem libros XXIV, et Dictionum Platonicarum
« libros II. »

Harpocration (Caius), sophista, scripsit « Antiphontis figuris ; De Hyperidis et Lysiæ
« tionibus, » et alia.

Harpocration (Ælius), sophista, scripsit « quæ oratores ignorasse videntur ; Argumenta Hyperi-
« tionum Hyperidis ; Mentitam esse Herodotum ; De Pla-
« toria ; De ordinibus militaribus apud Iæum ; De Thucydi-
« tem, De arte rhetorica ; De formis orationum.

Harpocration (Valerius), rhetor Alexandrinus, scripsit « Lexicon decem oratorum ; » Λέξεις συναγωγήν, sive « floridorum collectanea.

Hecatæus, Abderites, philosophus, quem Clitarchus et Grammaticus cognominatus est, quod primus grammatico abunde instructus esset. Fuit sub Alexandri Magni successoribus. Scripsit alia de Homeri et Hesiodi poesi.

Hecatæus, Hegesandri F., Milesius, vixit (quo tempore bus Darii, qui post Cambysem regnavit (quo et Dionysius Milesius vixit), Olympiade LV. riographus. Hoc junior fuit Herodoto, Lyseus, qui multum ei debet. Fuit Hecatæus Protagoræ et primus historiam scripsit, uti primus Pherecydes (res philositidem oratione soluta exposuit. Scripta silai adulterina sunt. (Infra, in Ἱστορίαι.

Ἡκάτειον. Habebat Theagenes Hecatæum crum, quod, quocunque iret, consolebat : καπνὸς, *fumus* vocabatur. Fuerunt et alii duo Theagenes, quorum alter de Homero scripsit, alter mollitiem fuit infamis. Conf. Küsteri not. ad pag. 687.

Hecebolius, sophista CPolitanus, sub Constantino Christianismi se ardore flagrare simulans, Juliano stolidus ethnicus, post ejus obitum iterum Christianus, πατήσατε με, clamavit, τὸ Ὅμ. ἀναίσθητα, « conculcate me, fatuum salem. »

Hegelochus, tragicus histrio, in Euripidis pro γαλῆνα ὁρῶ pronuntiavit γαλῆν ὁρῶ. Eum, voce insuavem, perstringit Plato.

Hegemon, Demostheni memoratus pro Clephonte. Unus erat illorum, qui Macedonum partibus favebant et muneribus corrupti credebantur.

Hegemon, Thasius, cognomento Φακῆ. Ex ejus dramatibus Φιλίννα teste Athæo in Dipnosophistis, XV, c. 46, pag. 699. V. Küster, pag. 42, not. II ; et pag. 43, not. I.

Hegesippus, Crobylus cognomento, cujus est

tur septima Philippica, Demosthenis nomine A
ipta. Ex ejus dramatibus est Φιλέταιρος, ut
init Athenæus.
egias patrem virtute et scientia antecessit et
adolescens spem fecit, se Plutarcho (Athe-
isi) non inferiorem fore, unde Proclus ipsum
uc juvenem non indignum habuit oraculorum
ldaicorum auscultatione, etc. (Ex Damascio.)
elenus conscripsit χειροσκοπικὸν οἰώνισμα. « Di-
nationem quæ fit per inspectionem manuum. »
uti cum expansis et apertis alicujus manibus,
ipsarum rugis conjicimus, eum liberos procrea-
um esse, vel simile quid.
Heliconius, sophista Byzantinus, scripsit *Com-
dium Chronicon* ab Adamo usque ad Theodosium
gnum, libris decem.
Heliconius, astronomus, scripsit *Apotelesmatica*, B
diosemeis et multa alia.
Helladius, Alexandrinus, grammaticus, qui sub
odosio juniore imp. vixit. Scripsit ordine al-
abetico « De usu omnis generis vocabulorum ;
Ἔκφρασιν φιλοτιμίας, Descriptionem ambitionis;
Bacchum *sive* Musam. Descriptionem balnei Con-
tantiani ; Laudes imp. Theodosii.
Hellanicus, Mytilenæus, historicus, Andromenis
l Aristomenis F. vel Scamonis, cui cognominem
ium habuit. Commoratus est cum Herodoto apud
nyntam regem, Euripidis et Sophoclis tempori-
is, sectatusque Hecatæum Milesium, qui vixit
mpore belli Persici et paulo ante. (Scripsitque
rræ periodum et historia.) Prior pervenit usque C
. Perdiccæ tempora, obiitque Perperenæ, quæ est
regione Lesbi. Scripsit plurima tam prosa quam
etrica oratione [quæ Kuster. I, pag. 708, recen-
t, vel potius addit iis quæ Vossius congesserat.]
Heniochus, Atheniensis, mediæ comœdiæ comi-
is. Ex fabulis ejus sunt Τροχίλος. Ἐπίκληρος.
ργόνες. Πολυπράγμων. Θωρύκιον. Πολύευκτος.
ιλέταιρος. Δὶς ἐξαπατώμενος. (Fuit et nostra ætate
olyeuctus (73), homo nefandus, semivir, Deo in-
isus, iracundus, Cocyti et Stygis horribilis et per-
iciosus humanæ vitæ partus.)
Hephæstion, Alexandrinus, grammaticus, scripsit
nchiridion de metris et μετρικὰ varia, sive quæ
d doctrinam de versibus spectant. Περὶ τῶν ἐν
οιήμασι παραλῶν, « de iis quæ in poematibus tur- D
bata sunt. Comicorum dubiorum solutiones. » Et
lia plurima. Item *metrorum dimensiones*.
Heracleon, Ægyptius, ex oppido Tilote, quod He-
acleæ subjectum est, grammaticus. Romæ docuit.
Scripsit *Commentarium in Homerum*, κατὰ ῥαψῳδίαν
sive secundum ordinem rhapsodiarum. Item *In Ly-
ricos*, et *De verbis imperativis apud Homerum*.

(73) Non est credibile, quod video quibusdam venisse in mentem, his verbis perstringi a Suida Polyeuctum, qui patriarcha CPol. fuit ab a. C. 956, ad 970. Fabr. — At tamen I. M. Gesnerus ad Luciani Pseudologistam, ab init. tom. III, pag. 161, ed. Reitzii, judicat, a Suida intelligi Polyeuctum patriarcam CPolit., quippe cujus ætas accuratissime cum ætate Suidæ, a Kustero constituta, conveniat.

Heraclides, Euphronis F., philosophus, ex Heraclea Ponti : genus retulit ad Damidem, unum ex illis qui coloniam Thebis Heracleam deduxerunt. Fuit Platonis auditor et ab ipso, in Siciliam profecto, relictus, ut scholæ præesset. Hic draconem aluit, mansuefactumque semper secum habuit, qui etiam inventus in ejus lecto est, cum bene valens cubitum ivisset, sed postea repertus non fuisset. Alii itaque immortalem factum fuisse sibi persuaserunt : alii in puteum se præcipitasse, ut immortalitatem consecutus hominibus videretur. Multa scripsit.

Heraclides, Ponticus, ex Heraclea, urbe Ponti, grammaticus, qui Didymum illum τὸν πάνυ Alexandriæ auscultavit. Hic cum audivisset quoque Aprum Aristarchi discipulum, qui Romæ celebre nomen habebat et Didymum frequenter perstringebat, *Sapphico* vel *Phalæcio* metro scripsit libros tres explicatu difficiles, multisque dubiis quæstionibus plenos, quos Διέσχας sive *Nugas* inscripsit. Romam his delatis, Apro adversarium se professus, mansit ibi temporibus Claudii et Neronis, ludumque litterarium aperuit. Multa etiam scripsit *Poemata epica*.

Heraclides, Oxyrynchita, philosophus, Serapionis F., cognomine Lembus, vixit sub Ptolemæo VI, scripsitque *Fœdus cum Antiocho factum*, item *Philosophica* et alia.

Heraclides, Lycius, sophista, librum composuit quem inscripsit Νικήτης ὁ κεκαθαρμένος, *Niceta purgatus*, ignorans se pygmæorum spolia aptare colosso. Conf. Kusteri not. 12, tom. II, pag. 70.

Heraclitus, Blysonis (74) seu Bleutonis vel Horacini F., Ephesius, philosophus physicus, cognomento σκοτεινὸς, sive *obscurus*. (Confer supra in Δηλίου κολυμβητοῦ.) Hic nullius philosophi discipulus fuit, sed naturæ beneficio et suapte industria ingenium excoluit : quidam tamen tradunt, Xenophanis vel Hippasi, Pythagorici, auditorem fuisse. Vixit Olympiade LXIX, sub Dario, Hystaspis F. Multa scripsit ποιητικῶς. Corpus contemnebat et judicabat κοπρίων ἐκβλητότερον, stercore vilius, facileque, aiebat, se naturæ desideriis satisfacere, quandiu Deus corpore ut instrumento uti juberet. Aqua intercute laborans se medicis non præbuit curandum, sed corpus suum fimo bibulo illitum soli siccandum exposuit. Sic jacentem canes dilacerarunt, vel, ut alii, ipsum obrutum arena periisse contigit.

Heraclius, Romanorum imp. Hic ab Athanasio, Jacobitarum patriarcha, et Sergio Syro (patriarcha) CPolis ad hæresin Monothelitarum pertractus est, etc.

Heraiscus ingenio fuit diviniore, Asclepiades,

Harl. — Pericopem inclusam delevit novissimus Suidæ editor Halensis D. Goth. Beruhardy, quem vide tom. I, p. 857. Edit. Patr.

(74) Apud Diog. Laert. scribitur Βλύσωνος· ἤ (ὡς τινες) Ἡρακλείτου, apud Suidam vero Βλόσωνος, ἢ Βλεύτωνος· Οἱ δὲ Ὡραχίνου. V. Kuster. II, pag. 72 not. 6. Harl.

Leschides, poeta epicus, regis Eum[illegible] ditionibus bellicis comes, poetarum [illegible] Hujus consuetudine etiam usus fuit Pyt[illegible] toricus, et Menander, medicus.

Leucon, Agnusius, Peloponnesiacus, [illegible] vixit. Ex ipsius dramatibus sunt: Ὑπο[illegible] φόρος, Φράτορες.

Libanius, Antiochenus, sophista, cla[illegible] Apostatæ temporibus, ad Theodosium [illegible] usque vixit, filius Phasganii, Diophant[illegible] Scripsit infinita, et inter ea « Constant[illegible] « mium *et alterum* Juliani; Declamat[illegible] « ricas »; *Epistolas*. Eadem tempore fe[illegible] lius et Gregorius (Naz.). Julianus re[illegible] negotiis implicitus, tamen et litteris se[illegible] dabat, et in illis excellere videri vole[illegible] tamque Antiochenum, Libanium, [illegible] admirabatur, laudibusque ornabat, atq[illegible] sophistæ Proæresio ægre faceret, illu[illegible] ferebat. Acacius igitur, sophista, [illegible] peritus, et Tuscianus, Phryx, ideo [illegible] culpabant, ejusque judicium rapreba[illegible]

Linus, Chalcidensis, *Apollinis* et [illegible] F., vel, ut alii, Amphimari et Urani[illegible] et Mercurii. Hic primus ex *Phœnic*[illegible] Græciam intulisse, Herculemque lit[illegible] et carminis lyrici primus auctor *fuis*[illegible]

Linus alter, Thebanus, junior, philo[illegible]

Linus, genus hymni, ut pæan. *Conf.* [illegible] pag. 449, not. 3.

Lityerses, genus cantionis messoriæ. [illegible] Midæ F., quem Hercules sustulit. Conf. [illegible] Theocrit. X, 41.

Λόγια oracula, quæ oratione concep[illegible] χρησμοὶ, versibus.

Λογογράφος, causarum vel orationum scri[illegible] scriptor. Λογοποιός pro historico usurp[illegible] Isocrate et Herodoto. Sic etiam *vocatur* [illegible] fabularum et apologorum.

Lollianus, Ephesius, sophista, *Isæi* [illegible] discipulus, Adriani Cæsaris temporibus [illegible] multa scripsit.

Longinus Cassius, philosophus, Porphyrii [illegible] phi magister, vir magna doctrina acriqu[illegible] præditus. Vixit sub Aureliano imp. et ab [illegible] est, quod cum Zenobia Odenati uxore com[illegible] Scripsit « De oratione contra Phidiam; Dubia [illegible] « Homericas; An Homerus fuerit philosophus? [illegible] « blemata Homerica et Solutiones *libris* du[illegible] « Quænam contra fidem historiæ tanquam hist[illegible] « enarrent grammatici; De vocabulis, *apud Homer*[illegible] « multas significationes habentibus libros IV; Ad[illegible]

cabulorum editiones duas, secundum or- litterarum digestas ; vocula Antimachi et eonis, » et alia multa.

evangelista, titulos habet LXXXIII, capita III.

ius, Samosatensis, Blasphemi vel Dysphemi en tulit, vel Athei potius, quod in Dialogis quæ de diis dicuntur, ut ridicula exagitat. ub Trajano imp. et ante vixisse. Primum iæ in Syria causidicus, et cum hoc ei non deret, ad scribendum se contulit et infinita A canibus dilaceratus fertur homo impius. quæ suæ rabie ipsam veritatem insectatus m in Peregrini Vita Christianam religio- rstringit, et ipsi Christo maledicit homo issimus. Quamobrem et in hac vita justas sui pœnas dedit, et in futura ignis æterni tana hæres erit.

inus, martyr, vir nobilis, prima ætate Ma- crorum Librorum interpretis, consuetudine usus, deinde ad vitam solitariam animum . Ad sacerdotium hinc processit, et presbyter iiæ factus magnam scholam illic instituit. m animadvertisset, in sacros libros multa ina irrepsisse, tum longo tempore et crebra riptione, tum quod profani quidam homines tere nonnulla ausi essent, ipse omnes ex Hebraica, quam accurate callebat, in inte- restituit, plurimumque laborem in eorum lationem contulit, etc. Epistolas etiam edidit, præstantissimas, ex quibus facile constat, fuerit viri hujus de rebus divinis sententia. ium obiit Nicomediæ in Bithynia sub Maxi-

ius Catilina teterrimum facinus ausus, etc. cero, vir singulari eloquentia et in depre- ndis consiliis non mediocri solertia præditus, rea in rebus multo ante prospiciendis acutis- cum ejus conjurationem patefecisset, ho- que (in senatu) ipsum declarasset, Urbe ex-

percus, Berytius, grammaticus, qui paulo ante ora Claudii secundi imp. vixit. Scripsit « De ticula » libros III, De pavone ; De squilla, pisce ; gallo apud Platonem. Κτίσιν, *sive* Origines Ar- oeti in Ægypto ; Vocabula Attica ; Artem gram- ticam ; De generibus masculinis, feminis et utris libros XIII, » in quibus multa rectius tradit m Herodianus.

ycis, qui et Lycus, ab Aristophane, ut poeta dus, perstringitur. Phrynichus, Lycis et Ami- is tres comici habebantur subfrigidi. *Phrynichus* omœdiis auditores plerumque tædio afficiebat. m a comicis etiam perstringebatur, ut peregri- ob mala poemata et qui a proposito aliena eret, et insuavi metro in carminibus scribendis retur. Fuerunt et alii tres Phrynichi·

A Lycophron, Chalcidensis ex Eubœa, filius Soclis, adoptatus a Lyco, Rhegino, grammaticus, et tragicus unus de pleiade. Ejus tragœdiæ sunt : Αἴολος, Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰολίδης, Ἐλεφήνωρ, Ἡρακλῆς, Ἰκέται, Ἱππόλυτος, Κασσανδρεῖς, Αάϊος, Μαραθώνιοι, Ναύπλιος, Οἰδίπους α', β'. Ὀρφανὸς, Πενθεὺς, Πελοπίδαι, Σύμμαχοι, Τηλέγονος, Χρύσιππος. Ex his *Nauplium* emendatum secunda vice iterum in scena exhibuit. Scripsit et *Alexandram*, poema obscurum.

Lycurgus, Spartanus, a Patrocle genus ducens. legislator, quem aiunt a Creta, vel ab ipso Deo (Apolline) leges suas accepisse. Hic a Pythia Deus appellatus est, etc. Natus fuit octavo post Trojanum bellum anno, patruus Charilai, Spartani regis : B Eunomi frater. Spartanis imperavit annos XLII, quo etiam tempore leges tulit, cum tutor esset fratris filii, qui ipse quoque regnavit annos XVIII, et post eum Nicander annos XLVIII. Scripsit leges.

Lycurgus Lycophronis F., Atheniensis, genere Eleobutades, unus ex decem oratoribus, quibus Demosthenes etiam accensetur. Hic, vita sine crimine transacta, morbo decessit, relictis filiis, quos Demosthenes, orator exsul, calumniis vexatos oratione defendit. Genuinæ orationes ejus, quæ adhuc exstant (80), sunt istæ : « Contra Aristogi- « tonem ; Contra Autolycum ; Contra Leocratem ; «Contra Lycophronem duæ ; Contra Pasiclem ; Con- « tra Menæchmum ; Contra Demadem ; Apologia « adversus eumdem de redditis a se rationibus ad- « ministratæ reip. ; Adversus Ischyriam ; Πρὸς τὰς C « μαντείας, Adversus divinationes ; De administra- « tione reip. ; De sacerdote femina ; De sacerdotio ; « Epistolæ » et alia quædam.

Lycus, qui et Butheras dictus est, Rheginus, historicus, pater (adoptione) Lycophronis tragici. Vixit sub Alexandri M. successoribus, et a Demetrio Phalereo insidiis appetitus fuit. Scripsit Historiam Libyæ et Siciliæ.

Λυδοὶ Μάγνητος, drama Magnetis, comici, *Lydi*, ab eo emendatum denuo in scena exhibitum fuit.

Lynceus, Samius, grammaticus, Theophrasti discipulus, frater Duridis historici, qui et Sami tyrannus fuit, Menandri comici æqualis, quem in commissionibus dramatum vicit. V. Kuster, II, D pag. 465.

Lysias, Cephali filius, Syracusanus, discipulus Tisiæ et Nisiæ, unus ex decem oratoribus. Natus est Athenis, quo pater migraverat, idemque anno ætatis decimo quinto cum duobus fratribus Thurios in coloniam profectus est. Postea vero, cum partibus Atheniensium nimis studeret, inde pulsus Athenas rediit anno ætatis XLVII. *Orationes* ejus genuinæ perhibentur esse ultra CCC, et præter eas aliæ, de quibus ambigitur. Dictionis ejus puritatem nemo imitatus est præter Isocratem. Scri-

80) De Suidæ temporibus intellige.

psit etiam *Artem oratoriam* et Δημηγορίας, *Concio-* A
nes, itemque *Encomia* et *Orationes funebres* et *Epistolas VII*, unam pragmaticam, reliquas vero amatorias, quarum quinque sunt ad adolescentulos.

Lysimachus, cujus meminit Demosthenes in Oratione de immunitatibus, erat Aristidis Justi filius ; at Lysimachus, cujus meminit Lycurgus, erat vilis poeta melicus.

Lysippus, ex cujus dramatibus sunt Βάκχαι, ut meminit Athenæus III et VIII Dipnosophist. Sunt et aliæ ejus comœdiæ, ut Θυρσοκόμος.

M

Macarii duo fuere celebres ob abstinentiam moresque et ob miracula. Alter erat Ægyptius, alter, Alexandrinus ; in hoc uno discrepabat ab Ægyptio, B
quod hilarior esset, et comitate quadam juniores ad disciplinam monasticam alliceret. Horum discipulus Evagrius, qui primum a Gregorio Theologo CPoli diaconus ordinatus, postmodum una cum illo in Ægyptum ad illos profectus est. Hic libros scripsit valde utiles, quorum unus *Monachus* inscribitur seu de virtute activa : alter *Gnosticus*, vel de iis qui scientiam consequi meruerunt, in centum (quinquaginta) divisus capita. Tertius *Antirrheticus* contra tentatores dæmones, capitibus octo secundum numerum octo cogitationum. Scripsit præterea *Prognostica problemata sexcenta*. Denique στιχηρὰ β', *duos libros Aphorismorum*, alterum ad monachos, qui in cœnobiis degunt, alterum ad virginem, etc.

Macedonius Novatianos quosdam ad Arianum C
dogma impellere conatus est, et reliquias Constantini in alium locum transtulit, denique depositus, etc. ex Socratis, II, 38.

Macedonius alius, qui sub Juliano apostata vitam martyrio finiit.

Machaon, nomen medici, ut et Chiron, centaurus.

Mæonides, Homerus. Vetus epigramma : Εἰ δ' ἐάλως, συγγνωστὸν, ἐπεὶ καὶ κοίρανος ὕμνων Μαιονίδας γρίφων ἰχθυβόλων ἔθανε. « Si captus est, venia tibi « danda est, quoniam et principi hymnorum, Ho- « mero, ænigma piscatorum mortem attulit. »

Magia, invocatio dæmonum beneficorum, boni alicujus efficiendi causa, etc., supra in Γοητεία.

Μαγική. Hanc Medi et Persæ invenerunt.

Magi apud Persas vocantur philosoppi et philo- D
thei, quorum princeps fuit Zoroastres et post eum Ostanæ et Astrampsychi.

Magnes ex Icario, urbe Atticæ, comicus, qui, adolescens Epicharmum senem attigit. Docuit Comœdias novem, vicit bis ; antiquæ comœdiæ poeta. Aristophanes (in Equitibus), alludit ad drama

Magnetis, Βαρβατιστὰς et Ὀρνιθας. Scr
Λυδοὺς (Supra *Lydi*) et Ψῆνας et Βατράχ
autem coloris est Βατράχιον, quo histr
illinebant, antequam larvarum usu
esset.

Magnus, vir Smyrnæus, poesi et mu
insignis, idemque forma egregia, urbes
et carmina sua publice recitabat. Hu
tum alii multi, tum Gyges maxime arde

Malor (Μάλωρ), Arabius, Sophista, sc
statibus causarum libros XIII. Idem
Apsinæ et Nicagoræ sub Philippo, imp
ante.

Malchus, Byzantius, Sophista. Scripsi
ab imperio Constantini usque ad Anast
quæ res gestas Zenonis et Basilisci et co
nem publicæ bibliothecæ et statuarum
et alia quædam commemorat, stylo ute
et tragici instar ea quæ acciderunt exag

Μᾶλλον ὁ Φρύξ. Septem sapientes
Crœso interrogati, quis omnium esset bea
alii responderunt, feras animantes, eas
libertate mori ; alii circonias, eas qu
duce natura, justitiam colere ; Solon rer
minem ante obitum. Tunc astans Æs
lator : Tantum, inquit, cæteros super
mare fluvios ; Crœsus autem, hoc and
Magis ipse Phryx.

Manæchmus, Alopeconnesius (81), P
Platonicus, scripsit « Philosophica, et
« De rep. libros III. »

Manæchmus, Sicyonius, filius Alc
biadis, historicus, qui sub Alexandr
soribus vixit. Scripsit *Historiam Ale
cedonis*.

Manæthos, Mendesius, sacerdos Æg
psit *De compositione* (82) κυφίων.

Manæthos, Diospolitanus, Ægyptius
nites. Scripsit *Physiologica apotelesmatic*
hexametris, et alia quædam *astronomica*.

Maneros et Perimanos, nomina cantic
bulus Campylione.

Manes. Hic exsecrabilis homo sub Aur
imp. exstitit ; se Christum et Spiritum sa
esse comminiscens, et XII discipulos ut Ch
secum habens, qui cum ex *omnibus* here
quæ in iis mala erant, collegisset, ex Persid
permissu in ditionem Romanam *venit*. Hic
et Manes et Scythianus vocabatur, fuit
Brachmam, præceptoremque habuit *Buddam*
rebinthum ante vocatum, qui Græcorum
institutus, Empedoclis sectam adamavit, *duo*
cipia, inter se contraria, statuentis, litem et

(81) Kuster in nota, 5, tom. II, pag. 490 animadvertit antiquissimum codicem Parisin. exhibere Ἀλωπικοννήσιος, κατὰ δέ τινας Προικοννήσιος· vereque judicat, posteriora verba a festinantibus librariis omissa fuisse propter similem voc. Ἀλωπ. et Προικον. terminationem. Harl.

(82) Κῦφι mistura sexdecim specierum
sacrum abhibenda. Vide Plutarchum, De Isid
Osiride, pag. 383 seq.

In Persidem autem ingressus ex virgine se A esse dicebat et in montibus educatum. iam conscriptis quatuor libris (83) unum vocavit *Mysteriorum*, secundum *Evangelium*, ı *Thesaurum* (84), quartum *Capitum*. Atque ı quidem iste, ab impuro spiritu contritus, .. Mulier vero apud quam diversabatur bona profanos libros per hæreditatem adepta ı septennem emit nomine Cubricum, quem docuit et manumisit hæredemque instituit. Perside Manem se vocavit, et Buddæ libros ıvit pro suis. Eum rex Persarum vivum ex- t, quod filio ipsius causa mortis exstitisset, ınes Vetus Test. rejecit, Novum ut boni Dei t, etc. Paulus quidam, Manetis æqualis, hiæ magnæ episcopus, Dominum nudum B em esse dixit, ut unum de prophetis. Ab ıuliani.

:ellinus, qui principatum tenuit liberum tiæ et Illyriorum, in Epiro habitantium, Rodisciplinis institutus divinationisque peritis- et eruditionis amantissimus. Huic familiaris ılustius, philosophus.

cellus, magister Arcadii imp. omnibus vir- s ornatus vel potius ἀρετή τις ἔμψυχος, *virædam animata.*

·cellus, Pergamenus, orator, scripsit librum, *nus*, sive *De regno.*

·cellus, Sidetes, medicus, sub M. Antonino :ripsit versibus heroicis *De re medica libros* in quibus etiam de morbo lupino homi- C sive lycanthropia. Conf. Kusteri not. 8, II, 98.

cellus, dux militum sub Commodo, ut per noctem vigilare videretur, quotidie sub ve- n præscribebat duodecim tabellas δώδεκα ατεῖα οἴαγε ἐκ φιλύρας ποιεῖται, earumque ıliis horis ad diversos perferri curabat, etc.

·cianus, Valentis imp., et Angelii, episcopi tempore vixit, vir clarus, qui olim in pamilitaverat, tunc presbyter ecclesiæ Novarum, Anastasiam, imperatoris filiam gram- :am docuit.

rcianus, familiaris Musonio, Pamphylio, vir nnem virtutem instar regulæ exactus. Viros probos ad se alliciebat Musonius, ut magnes D m, ita ut si quis audiret aliquem esse Muamicum, eum bonum virum esse, scire lice-

.rcianus sub Zenone floruit, presbyter in oradelectus plurimum valuit apud (magistrum iorum Zenonis). Illum, Epicureis placitis quoseipsum corrumpens, mundum sua sponte m esse dicebat, etc.

ırcion, hæresiarcha.

Marcus Antoninus. Romanorum imp. omni laude dignus philosophus, qui tum alios, tum postremo Sextum, philosophum, e Bœotia oriundum, Romæ audivit, crebro ad eum ventitans, ædesque ejus frequentans. Eum igitur Lucius quidam, rhetor, Herodis, rhetoris Atheniensis, discipulus, prodeuntem interrogavit, quonam iret, et cujus negotii causa; cui Marcus; *Etiam seni*, inquit, *decorum est dicere. Eo igitur ad Sextum, philosophum, ut discam ea qum nondum scio.* Tum Lucius, manu in cœlum sublata: *O sol*, inquit, *Romanorum imp. jam senex, sumpta tabella, doctoris domum frequentat; rex vero meus, Alexander, anno ætatis XXXII obiit.* Scripsit *De vita sua*, Τοῦ ἰδίου βίου διαγωγήν, *libros XXXII.* Eum facilius est admirari, quam laudare, quod oratio nulla hujus viri virtutibus æquari possit, etc.

Mares, Chalcedonis in Bithynia episcopus, Julianum, parabatem, Fortunæ immolantem CPoli, insectatus, vocavit impium, apostatam, atheum. Ille ad Marem, oculorum suffisione laborantem præ senio: *Neque tuus ille Deus Galilæus te sanare possit.* Cui Mares: *Gratias ago Deo, qui me luminibus orbavit, ne tuum vultum videam, qui sic in impietatem prolapsus es.* Julianus inde, martyrii honorem Christianis invidens, a Diocletiani quidem crudelitate abstinuit; at lege lata Christianis interdixit, ne humanioribus disciplinis instituerentur, ne, si linguam, ut aiebat, acuissent, gentilium dialectis expeditius responderent. Per varias artes etiam persuasit quibusdam, inter hos Hecebolio, sophistæ, ut idolis immolarent.

Margites, qui a comicis ob stultitiam deridetur. Aiunt, eum ultra quinque numerare non potuisse, etc.

Marianus, Marsi, causidici, qui Roma Eleutheropolin Palæstinæ primæ oppidum migravit, filius, præfectus urbis Romæ, consularis, et, quod illustrius est, patricius tempore Anastasii imp., scripsit *Metaphrasin Theocriti*, iambis 3150; *Apollonii Argonauticorum*, iambis 5608; *Callimachi Hecales, Hymnorum, Causarum et Epigrammatum*, iambis 6810; *Arati*, iambis 1140; *Nicandri Theriacorum*, iambis 1370, et alias multas metaphrases.

Marinus, suscepta Procli schola, cum Isidorum, philosophum, instituisset Aristotelica doctrina, et in Athenas iterum venisset, communi præceptore defuncto, ostendit ei prolixum commentarium, a se conscriptum *in Platonis Philebum*: sed ille dixit ἱκανὰ εἶναι τὰ τοῦ διδασκάλου, *sufficere quæ Proclus in illum dialogum scripsisset.* Statim itaque illum flammis dedit. Etiam per litteras ex Isidoro quæsivit et ad eum argumenta misit, quibus probaret, *Parmenidem* Platonis non esse de diis, sed de formis. Sed ille, pluribus argumentis Marino

3) At Scythianum scripsisse IV illos libros, ıt Kuster. II, pag. 491, not. 4, ex Cyrillo et ıhanio. HARL.

(84) Θησαυρῶν, *Thesaurorum* ex Cyrillo, Epiphanio et Cedreno legere jubet Kuster. HALL.

respondens, verissimam esse probavit dialogi illius de diis expositionem. Quare nisi jam liber fuisset editus, etiam hunc fortassis abolevisset. Fortasse etiam obstitit somnium ; nam Proclus dixit se somniasse futurum ut Marinus in Parmenidem commentarios scriberet. (Ex Damascio).

Marpsias, orator garrulus et turbulentus, eujus meminit Aristophanes.

Marsyas, Periandri F., Pellæus, historicus ; initio litterator (γραμματοδιδάσκαλος), frater Antigoni, qui postea rex fuit, una cum rege Alexandro educatus. Scripsit *Macedonica libris X*, a primo rege Macedonum ad Alexandri Philippi F. expeditionem in Syriam post conditam Alexandriam. *Attica libris XII ;* itemque *Alexandri educationem.*

Marsyas, Critophemi F , Philippensis, historicus, junior.

Marsyas, Marsi F., Tabenus (85), historicus scripsit 'Αρχαιολογίαν, sive « Antiqnitates, libris XII ; Μυθικὰ, Fabulosa, libris VII », et alia quædam de patria sua.

Marsyas temporibus judicum Judaicorum, vir sapiens, artis musicæ peritus, qui tibias arundineas et æreas invenit, etc.

Matreas, λαοπλάνος, *impostor*, qui bestiam alere se dicebat, quæ ipsa sese comederet (86). Quæritur, quænam fuerit illa Matreæ bellua. Composuit etiam *Quæstiones* ad instar problematum Aristotelis, ex quibus erat hæc : Quare sol occidens dicatur δύνειν, non κωλυμβᾶν.

Matthæus, evangelista, habet titulos LXVIII, capita CCCLV.

Mauricius, Romanorum imp , fertur verborum magnificentiam plurimi fecisse et eruditos maximis honoribus affecisse, etc. Infra in Menandro, protectore.

Maximus Tyrius, philosophus, qui Romæ sub Commodo vixit. Scripsit « De Homero et quæ sit « apud eum antiqua philosophia : Rectene Socra- « tes fecerit, quod accusatus non responderit ». Item alias quasdam quæstiones philosophicas.

Maximus, Epirota, vel Byzantinus philosophus, Juliani Cæsaris, parabatæ magister. Scripsit « De « insolubilibus objectionibus ; De principiis ; De « numeris ; Commentarium in Aristotelem », et alia quædam ad eumdem Julianum.

Μεγαρίσαι, *megarizare*, sive philosophi Megarensis sectam sequi. Stilpo ex Megaris, urbe Græciæ, oriundus erat, qui copia verborum et dexteritate disserendi cæteros adeo superavit, ut tota propemodum Græcia, ipsum spectans, sectam Megaricam amplecteretur.

Melampus, divinationis peritus, conf. Kusteri not. tom. II, pag. 521.

Melanippides, Critonis F., Melius, natus Olympiade LXV. Scripsit *Dithyramborum* libros quam-

A plurimos et « Poemata versu heroico [illegible] « mata *et* Elegias » et alia plurima.

Melanippides, senioris ex filia [illegible] F., et ipse lyricus : qui in compos[illegible] borum plurima innovavit, et apud Per[illegible] gem degens, illic vitam finiit. Scrip[illegible] « Cantica lyrica *et* Dithyrambos.

Melanopus, affinis Diophanti, orator[illegible]

Melesermus, Atheniensis, Sophista [illegible] « retriciarum Epistolarum libros XIV, [illegible] « unum ; Culinarium Epistolarum unum [illegible] « lium librum unum.

Melitus, Lari F., Atheniensis, orator, [illegible] Anyto Socratem accusavit et Tragœdia[illegible] A comicis autem perstringitur, ut poe[illegible] et malitioso ingenio præditus. Aristo[illegible]

B Μελίτου Καρικῶν αὐλημάτων, « Scoliorum [illegible] « carminum, quæ Cares tibia cantant [illegible] vero Carica erant lugubria.

Melitus vixit temporibus Zenonis, E[illegible] Empedoclis. Scripsit *De ente*. In reip. adm[illegible] tione adversatus est Pericli, et cum Sam[illegible] esset, navali prælio pugnavit cum Sop[illegible] gico, Olympiade LXXXIV. [Suidas huic [illegible] tribuit, quæ dixerat de superiore.]

Menander, Atheniensis, comicus ant[illegible]

Menander alius, Atheniensis, Diopit[illegible] sistrates F., qui omnium sermone celeb[illegible] comœdiæ poeta, strabo quidem oculis [illegible] ingenio præditus et in mulierum amor[illegible] Scripsit « Comedias CVIII : *itemque* Epi[illegible]

C « lemæum regem », et oratione prosa [illegible]

Menander, Laodicea, ad Lycum [illegible] oriundus, sophista, scripsit « Comm[illegible] « Hermogenis artem *et* Minuciani prog[illegible] « ta », et alia.

Menander, protector, historicus, qui [illegible] ipso scribit : « Pater mihi erat Euphratas, [illegible] oriundus, minime ille quidem eruditus. He[illegible] frater germanus, qui, legum *doctrina* de[illegible] statim ab barum studio recessit. Ego vero [illegible] studii quod absolvi professione *non sum* [illegible] ad decursiones equestres et saltationes pa[illegible] morum et palæstram me contuli. *Posteaquam* Mauricius imperium capessivit, princeps, [illegible] populi salutem provide curabat et Musas [illegible]

D poematibus et historiis audiendis quam plurim[illegible] delectabatur, utpote qui magnam noctis par[illegible] in studiis ipse consumeret, *et* ingenia hebe[illegible] munificentia sua excitaret et acueret ; tunc [illegible] dolens mecum reputare eœpi, *non* oportere [illegible] vitam adeo inertem agere, et ad hanc histor[illegible] scribendam me appuli, quam *post defunctam* Agathiam sum auspicatus. »

Menecrates, comicus. Drama ejus μανέκτωρ, [illegible] 'Ερμιονεύς.

(85) Ex Tabi, Arabiæ civitate.

(86) Videtur Matreæ bellua fuisse *ignis*, ut lapis mirificus Pipini apud Thuanum libro VI, et Mo[illegible] fium, lib. I Polyhist. cap. 13.

crates, Syracusanus, medicus, qui sacrum
a curans, nullam mercedem recipiebat : sed
is poscebat, ut se ipsius servos faterentur.
ovem se appellabat, eosque, quos sanaverat,
nicuique nomen imponens, uni Mercurii,
pollinis. V. *Athen.* VII, pag. 298.
laus Ægæus, poeta epicus, scripsit *Thebaidos XII*, et alia.
ppus Cynicus. *Vide* infra in Φαιός.
ppus, comicus. Ex ejus dramatibus sunt
es et alia.
omedes Cretensis, lyricus, qui Hadriani temis vixit, ejus libertus vel ex præcipue di-

Scripsit *Encomium Antinoi*, qui Hadriano
a deliciis, et alia diversa carmina. Antoninus
sepulcrum repertum instauravit, et Mesomedi,
antica lyrica conscripsit; cenotaphium ex-
t : huic quidem, quod cithara canere didi-
; illi vero, quod ejus crudelitatem imita-

agenes Atheniensis, servi F., comicus. Ex ejus
atibus sunt : Αὖραι, Μαμμάκυθος, Θουριοπίρ-
βιλοθότης, Ὅμηρος ἢ ἀσκηταί.
τὰ Λέσβιον ᾠδὸν, *post Lesbium cantorem*. Dicitur
s, quibus secundus locus tribuitur. Lacedæmo-
esbios citharœdos primos advocaverunt, deinde
andrum, qui ob cædem exsulabat, arcessiverunt
ssa, qui ipsorum animos composuit, et seditio-
sedavit, etc.
ethodius, Olympi in Lycia aut Patarorum et
ea Tyri episcopus, nitido compositoque sermone
ersus Porphyrium libros composuit, et *convivium*
m virginum. Item *De resurrectione* opus egregium
tra Origenem, et adversus eumdem *De Pythonissa*
e libero arbitrio. Scripsit etiam *in Genesim* et *Canm canticorum* commentarios, et multa alia, quæ
go lectitantur. Hic in extrema persecutione sub
cio et Valeriano in Chalcide, urbe Orientis,
rtyrio coronatus est.
leton, mathematicus : et Metonis annus. Hic
ton fuit præstantissimus medicus et astronomus.
Colono esse instrumentum quoddam, ab eo dedi-
um, ait Callistratus. Euphronius eum ex Colono,
pulo Atticæ, oriundum esse. Ante Pythodori ætam vero heliotropium erat in comitio, quod nunc
t ad murum in Pnyce· Vel quia in Colono fontem
bricavit, vel simulacrum vel instrumentum aliquod
tronomicum confecit. Phrynichus in Μονοτρόπῳ.

Τίς δ' ἐστιν ὁ μετὰ ταῦτα ταύτης φροντίζων ;
Μέτων ὁ Λυκονιεὺς, οἷδ' ὅτι κρήνας ἄγων (87).

Μέτριοι, *moderati, modesti*. Asclepiodotus cum
thenis discessisset, et Seleuciam Syriæ pervenis-
et, se in toto illo itinere in tres tantum homines
odestos et bonos incidisse dixit, Antiochiæ in Ilaium, philosopum, Laodiceæ, quæ est urbs Syriæ proxima, in Merem, omnium ætatis nostræ hominem justissimum, cui Aristidis cognomen erat, et in Domininum, philosophum.

Metrophanes, ex Eucarpia, oppido Phrygiæ, oriundus, sophista, scripsit « De Phrygia libros II, « De formis orationum ; De statibus causarum ; « Commentarium in Hermogenis artem rhetoricam; « Commentarium in Aristidem. »

Metrophanes Corneliani rhetoris F. ex Lebadia Bœotiæ civitate, sophista, scripsit « De generibus dicendi, quibus usi sunt Plato, Xenophon, Nicostratus, Phi- « lostratus; Declamationes; Orationes panegyricas. »

Metrophanes, a Lachare genus ducens, Hic cum adhuc puer esset, exclamavit. *Ego sum Aristophanes ille calvus*. Deinde interrogantibus, quid dixisset, respondit se nihil meminisse eorum quæ dixerat. Adversus hunc Superianus librum scripsit.

Michael Syncellus, Hierosolymitanus, scripsit Encomium magni Dionysii.

Milo, Crotoniates, sex Olympiadibus continuis lucta vicit. Septima vero Olympiade superare non potuit Mnasitheum, qui civis ejus erat et juvenis et cum ipso congredi nolebat — Tandem luporum præda fuit (ex Pausania, lib. VI, pag. 369 seq.)

Mimnermus, Ligyrtiadæ F., Colophonius, vel Smyrnæus, vel Astypalæensis, poeta elegiacus. Vixit Olympiade XXXVII, ita ut septem sapientibus fuerit antiquior. Quidam vero dicunt ipsum eodem quo illi tempore floruisse. Vocabatur etiam *Ligystiades*, διὰ τὸ λιγὺ, a suavi et arguto cantu. Scripsit multa.

Minucianus, Nicagoræ Sophistæ F., qui Galieni temporibus vixit. Scripsit « Artem rhetoricam, *et* « Progymnasmata *et* Orationes varias. »

Minyæ, Argonautæ.

Mithæcus, grammaticus. Scripsit Ὀψαρτυτικὰ, « De condimentis ciborum, Κυνηγητικὰ, De venatio- « ne, » et alia. — Est etiam nomen velocis hominis.

Mnaseas, Berytius. Scripsit « Artem rhetoricam, « *itemque* De nominibus Atticis. »

Mnesimachus, mediæ comœdiæ poeta. Ex dramatibus ejus sunt Ἱπποτρόφος, Βούσιρις, Φίλιππος, (Δύσκολος) ut testatur Athenæus in Dipnosophistis.

Molones duo feruntur, histriones et grassatores.

Molpagoras apud Cianos fuit vir ad dicendum et agendum pronus, sed ingenio popularis et ambitiosus, etc. (e Polybio).

Μονῳδεῖν, *carmen flebile canere*. Carmina tragica, quæ in scena recitantur, sunt lamenta. Aristoph. Εἶτ' ἀνέτρεφον μονῳδίαις, Κιφησοφῶντα μιγνὺς, « deinde alui cum monodiis, iisque Ciphesophontem « immiscui. » Hic Ciphesophon servus erat, qui eum carminibus componendis plurimum adjuvabat, etc.

Morsimus et Melanthius, poetæ tragici, quos perstringit Aristoph. Morsimus, Philocis F., poeta frigi-

(87) Kuster in not. ad h. l. tom. II, pag. 544, duo illos senarios ita numeris suis restituit : Τίς φρονιῶν; οἷδ', ὁ κρήνας ἄγων. HARL.

dus et oculorum medicus. Melanthium reprehen A
dit ut helluonem Eupolis in Κόλαξιν.

Μόρσιμος, *fatalis*. De Apollonio Tyaneo; vide supra in Domitiano.

Morychus, poeta tragicus, qui ut helluo a comicis perstringitur.

Morychus, Teleas, Glaucotes ob veneficia male audiebant.

Moschus, Syracusanus, grammaticus, Aristarchi discipulus, qui secundus est a Theocrito, poeta bucolico. Scripsit et ipse *Bucolica*.

Moschus, malus citharœdus, qui multos versus uno spiritu caneret. Carmen Bœotium invenit Terpander, ut et Phrygium.

Moses, propheta et legislator. Hujus anno LXXX, B
filii Israelis ex Ægypto egressi sunt, etc conf. Kusteri not. tom. II, pag. 583.

Moso, mulier Hebræa, a qua scripta est lex Hebræorum, ut tradit Alxander Polyhistor.

Musæus, Eleusinius, Atheniensis, Antiphemi et Helenæ F., poeta epicus et Orphei discipulus, vel potius eo antiquior. Floruit tempore Cecropis secundi. Scripsit *Præcepta ad Eumolpum*, filium, versibus quater mille et alia plurima. Antiphemus filius fuit Euphemi, nepos Ecphanti, pronepos Cercyonis, quem debellavit Theseus.

Musæus, Thebanus, Thamyræ F., Philammonis nepos, poeta lyricus, qui multo ante bellum Trojanum vixit. Scripsit versus lyricos et cantica.

Musæus, Ephesius, poeta epicus τῶν εἰς τοὺς Περ- C
γαμηνοὺς καὶ αὐτὸς κύκλους, unus ex numero eorum, qui in Museum Pergamenum allecti erant. Scripsit *Perseidis libros X* itemque *in Eumenem* et *Attalum*. V. Kusteri not. 4, tom. II, pag. 378.

Musæus, philosophus apud Græcos (88). Lysias in Oratione contra Mixidemi accusationem, si modo is verus ejus auctor sit : « Pueros ipsi pedisequos duos « esse, quorum alterum vocat Musæum, alterum « Hesiodum. Id autem reum studio fecisse patet. » Musæum vero alii Thracem esse dixerunt, alii indigenam et Eleusine oriundum.

Musonius, Capitonis F., Tyrrhenus, ex Bulsinio civitate, dialecticus et philosophus Stoicus, qui vixit sub Nerone, Apollonii Tyanei, et multorum aliorum discipulus, ad quem et epistolæ feruntur Apol- D
lonii, et illius ad Apollonium. Hic ob confidentiam et arguendi studium et immodicam libertatem a Nerone interfectus est. Feruntur ejus *Orationes et Epistolæ* diversæ philosophicæ. De hoc Musonio (Julianus) Parabates in Epistola sic scribit : « Contu- « meliam, qua præses Græciæ nos affecit; tanta animi « celsitudine tulisti, ut nihil horum in te factum pu- « taris. Quod autem illi urbi opem [illegible] « studeas, in qua scholas habu[illegible] « est argumentum. Quare mihi vide[illegible] « illud Socrati convenire, hoc vero [illegible] « sonio. Nam ille fas esse negabat [illegible] « ab illo improbo lædi. » Hic vero [illegible] tor erat, cum ipsum Nero exsulare [illegible]

Musonius, vir rerum gerendarum [illegible] gnis, sub imp. Joviniano, et Eunapio orator, tributis Asianis colligendis præ[illegible]

Μύδρος. Anaxagoras dixit solem esse [illegible] ρόεντα, ignitam ferri massam. Pelo[illegible] jorem, ob quod morte multandus erat.

Myia, Thespiaca, lyrica. Scripsit [illegible]

Myia, Spartana, poetria. Hymnos in [illegible] Dianam scripsit.

Myia, Pythagoræ magni et Theanis [illegible]

Myro, Bysantia, poetria, quæ versus [illegible] elegiacos et melicos scripsit. Homeri [illegible] uxor Andromachi, cognomento philolo[illegible]

Myro, Rhodia, philosopha. Scripsit *Cer[illegible]rum et fabulas*.

Myrtilus, Atheniensis, comicus, [illegible] frater comici Hermippi. Ejus dramata [illegible] νες (89), Ἔρωτες,

Μῦθος et αἶνος differunt, quod αἶνος [illegible] ris, sed viris factus sit, nec tantum [illegible] tet, sed et admonitionem contineat [illegible] et per ambages suadet ac docet, quid [illegible] fecisse videtur.

Myscelus, accepto oracuło, valetudi[illegible] anteposuit divitiis; has delegit. Ar[illegible] Crotoniatæ sunt robusti; Syracusani [illegible] evaserunt.

Mysorum prædatio (Μυσῶν λεία) pr[illegible] iis quorum res, ut Mysorum a vicinis [illegible] Telopho rege peregre profecto, hoc [illegible] piuntur.

Myxus, Βαβαὶ Μύξος. Dictum hoc in p[illegible] et gloriosos. Myxus enim fuit sacerdo[illegible] homo facetus et jactabundus.

N

Nannacus (90). Vir priscus ante Deu[illegible] regem, qui futurum diluvium præscius, [illegible] in templum congregatis, cum lacrymis Deu[illegible] pliciter oravit. Et proverbium, « Nannaco, de[illegible] admodum vetustis.

Ναυάτος, Ecclesiæ presbyter Romanæ; [illegible] tus Atque Ναυατιανοὶ αἱρετῖται sunt Nova[illegible] hæretici, sive qui Novati sententiam sequuntur.

Naucratis, urbs Ægypti a Milesiis condita [illegible] maris imperium obtinerent. Hujus civis fuit de[illegible] ille Athenæus.

(88) Idem cum primo Musæo, apud Suidam memorato.

(89) Kuster (in not. 4, tom. II, pag. 590) cum Meursio in Biblioth. attica emendat Τιτανόπαιδες. HARL.

(90) Videtur nomen ex *Noachi* nomine corrup[illegible] licet *Nannacus* hic (Stephano Byz. Ἄννα. *Phrygum rex* dicitur Suidæ in τὰ ἀπὸ Ναννάκου. rex in τὰ Ναννάκου.

sicrates, comicus. Ex ejus dramatibus sunt: A (93) duxit. Nam filius fuit Cilicis (Theodori) et Sa-
ηροι, Ηερσίς (91).
son *Naucrati*, de iis qui paria sibi mutuo
nt. Genus scribendi in epistolis usitatum, ut
eus *Pompilo*.
ωραῖος, Deo gratus et consecratus, vel mona-
Sciendum, tempore Claudii, Romanorum
cum Petrus apostolus Evodium Antiochiæ
opum) creasset, illos, qui prius Nazaræi et
ei vocabantur, appellatos Christianos.
anthes, Cyzicenus, orator, discipulus Philisci,
ii.
archus, Alexandro expeditionis comes fuit, et
riam de eo conscripsit. Falso autem se præ-
m classis fuisse scripsit,cum gubernator navis
t.
mesion (Damascii amicus). Confer Suidam in
ττεροῦτο, et Ἑρμαῖον.
μήσεις ὑποκριτῶν, *Distributiones histrionum*.
is tres histriones forte dividebantur,qui fabulis
ent. Inter hos, qui victor fuisset, absque exa-
e deinde assumebatur.
eoclesAtheniensis, philosophus,frater Epicurii,
scripsit de secta sua. Et Neoclis, est dictum:
ε βιώσας, « qui bene latuit, bene vixit. (*V.* Me-
ag. ad Diog. Laert. X, segm. III.) »
leophron seu Neophon, Sicyonius, tragicus, cu-
esse dicunt *Euripidis Medeam*, docuit tragœdias
X, etc.
Nero,studiis imperatore prorsus indignis,operam
lit,cithara ludens,tragœdias agens et in theatris
tans. Sed adhuc adolescens studiis philosophiæ C
abat, et de Christo inquirebat, quem adhuc
peresse in vivis arbitrabatur. Cumque comperis-
, a Judæis in crucem actum esse, iratus Annam
Caipham cum Pilato, tunc Judææ præside, vin-
os ad se duci jussit, ab iisque sciscitatus est,
æcunque in ejus judicio acta essent, etc. Eo
mpore et Simon Magus florebat, cumque Petrus
Simon præsente Nerone inter se disputarent,
uctus est ex carcere Pilatus. Nero Simonem
terrogat an esset Christus? Ille se esse ait.Negant
etrus et Pilatus : *Hic*, inquit, « Ægyptius est, et
obeso corpore et prolixis capillis *et* niger omni-
noque ab ejus forma alienus, » etc.
Nerva, Romanorum imp.,Joannem evangelistam,
x Patmo quo relegatus erat,revocatum, Ephesum D
eduxit, eo tempore (92) quo et Manichæorum
logma in lucem prodiit, Manete hæresim suam
perte docente.
Nestorius.Post Manetem,et Paulum,et Apollina-
em,et Theodorum, prodiit Nestorius, Germanicea,
Syriæ urbe, oriundus, qui sede CPol. potitus, voce
luarum in Christo naturarum malo errore abusus
est, æque ac Paulus et Theodorus, a quibus genus

(91) Monente Kustero not. 7 (tom. II. p. 600), non *Nausicrati* comico, sed *Naucrati* fabulam, Ηέρσις assignat Athenæus, lib. IX. Sed v. supra, in vol. II, pag. 741. HARL.

(92) Videntur hoc loco apud Suidam nonnulla excidisse. Nam Manichæorum sectæ origo a Nervæ ætate remota est annis amplius centenis.

(93) Intellige dogmatum, non consanguinitatis propinquitatem.

mosateni (Pauli) nepos. Post hunc Eutyches exstitit, etc.

Nestor, Larandensis, e Lycia, poeta epicus,pater poetæ Pisandri, fuit sub imp. Severo scripsitque *Iliadem* λειπογράμματον, litteris certis carentem, perinde ut Tryphiodorus *Odysseam*. Nam in primo libro nullum reperitur α, in secundo nullum β,etc. Scripsit etiam *Metamorphoses*, ut Parthenius, Nicaensis, et alia.

Nicagoras,Mnesæi,rhetoris,F.,Atheniensis,sophista,tempore Philippi imp.Scripsit « Vitas clarorum « virorum ; De Cleopatra, quæ fuit in Troade ; Ora- « tionem, » habitam in legatione *ad Philippum* imp.

Nicander, Xenophanis F., Colophonius vel Ætolus, grammaticus, poeta, medicus, vixit tempore B Attali junioris, sive ultimi Galatonicæ,cui regnum ademptum a Romanis.Scripsit theriaca, « Alexiphar- « maca, Georgica, Ἑτεροιουμένων, de corporibus in « alias formas mutatis, libros V ; Remediorum col- « lectionem ; Prognostica » versibus,ex Hippocratis Prognosticis translata : « De omnibus oraculis li- « bros III, » et alia plurima, carmine epico.

Nicanores tres fuerunt : unus, filius Balacri,alter Parmenionis, tertius genere Stagyrita,cujus meminit Hyperides Oratione in Demosthenem.

Nicanor,Hermiæ F., Alexandrinus, grammaticus, temporibus Hadriani imp.,quo tempore et Hermippus,Berytius,vixit. Scripsit Περὶ στιγμῆς, « De pun- « ctis apud Homerum,et De differentia, quæ inde in « sensu oritur ; De interpunctione in genere, libros « VI ; horum Compendium libro I ;De punctis apud « Callimachum, » et alia.

Nicetas. Supra in Heraclide, Lycio.

Nicochares, Philonidæ comici F., Atheniensis, comicus,æqualis Aristophanis. Ex ejus fabulis sunt Ἀμυμώνη, Πέλοψ, Γαλάτεια, Ἡρακλῆς γαμῶν, Χορηγὸς, Κρῆτες, Λάκωνες, Λήμνιαι, Κένταυροι, Χειρογάστορες.

Nicolaus, ex Myris Lyciæ,fervidus Christianorum propugnator et sacerdos, qui magna cum fiducia Deo preces adhibebat.Hic nihil quidem scripsit,sed in somnis imp. Constantino astans, etc.

Nicolaus, Damascenus, amicus et familiaris Herodis regis Judæorum, et Augusti Cæsaris, qui placentas mellitas ab eo missas *Nicolaos* appellabat : philosophus Peripateticus, aut Platonicus. Scripsit *Historiam universalem libris LXXX*, aut secundum Athenæum, CXL lib., aut CXXIV, auctore Josepho. Itemque *De vita et educatione Cæsaris*. Patrem habuit, qui opes et famam eruditione adeptus fuerat: itaque ille a puero in omnibus litteris eruditus grammaticæ atque inde poeticæ haud vulgarem peritiam sibi comparaverat, adeo ut *tragœdias comœ-*

[illegible]

[illegible] Zenonem et [illegible]

[illegible] Artem rhetoricam et Declamationes.

[illegible] ex Alexandria Troadis, tragicus, scripsit tragoedias XXI ex quibus sunt: [illegible]

Nicomachus, Atheniensis, tragicus, qui praeter omnium opinionem Euripidem et Theognin vicit. Ex ejus Tragoediis est Oedipus.

Nicomachus Stagyrita, Philosophus, filius Aristotelis philosophi, Theophrasti discipulus et, ut quidam tradunt, amasius. Scripsit Ethicorum libros VI, itemque De Physica acroasi patris sui.

Nicomachus, medicus, et ipse Stagyrita, Machaonis F., Aesculapii nepos, a quo genus duxit Nicomachus, pater Aristotelis philosophi, et ipse medicus. Scripsit Ἰατρικῶν, sive De re medica, libros VI, et Φυσικῶν, De rebus naturalibus, unum.

Nicophon, Theronis F., Atheniensis, comicus, aequalis Aristophanis comici. Ex ejus dramatibus sunt Ἐς ᾄδου ἀνιών, Ἀφροδίτης γοναί, Πανδώρα, Χειρογάστορες, Σειρῆνες.

Nicostratus, Macedo, orator. Hic relatus est in numerum decem illorum, qui secundum a primis locum tenere judicabantur, aequalis Aristidis et Dionis Chrysostomi; vixit sub M. Atonino imp. Scripsit Decamythiam; Imagines; Polymythiam; Thalatturgos, et alia plurima. Item Encomia in Marcum (Antoninum) et alios.

Nicostratus, comicus, cujus dramata apud Athenaeum Πάνδαρος (al. Πάνδροσος) sive Ἄντυλλος, (Philetaero a quibusdam tribuitur), et Ἱεροφάντης, Κλίνη, Ἄβρα. Ἡσίοδος, Διάβολος. Ἀντερῶσα. Ἐκάτη, Μάγειρος, Ὦτις, Πλοῦτος, Σύρος, Ἀπελαυνόμενος, ψευδοστιγματίας, τοκιστής.

Nicostratus, histrio, comicus, qui optime fabulas

[illegible]

Nonnus, Panapolita, ex Aegypto, [illegible] qui Theologi virginis paraphrasim versibus scripsit. Ausonius, sophista, Epistolas [illegible] ravit ad Nonnum. Supra in Αὐσόνιος.

Novatus (Ναύατος) Ecclesiae Romanae [illegible] Cornelio, episcopo, dissidium fecit, etc., ex [illegible] tis IV, 28.

Novatiani. Horum episcopus fuit Sisinnius ex Sozomeni VIII. 1.

Numa (Νουμᾶς), Romanorum legislator. [illegible] Πομπίλιος. Hic remp. legibus et institutis [illegible] annumque primus invenit et solis circuitu[illegible] antea vagus erat et incertus, in XII menses [illegible] buit. Templa etiam et lucos instituit, pontifice[illegible] et flamines sacerdotibus praefecit, et Salios per [illegible] bem saltare jussit. Ad haec ignis et aquae [illegible] virginibus Vestalibus commisit, quarum [illegible] erat dignitas et illibata, quoad viverent, virgin[illegible] Quod si cum viro rem aliqua habuisset, viva [illegible]

, ideo nec unguento, nec floribus, nec si alb, uti illis licuit.

iius, Apameensis, Syrus, philosophus Pyis, qui Platonem coarguit, quod sententam de Deo et creatione mundi ex Mosaicis suffuratus esset. Hinc ait: Τί γάρ ἐστι ἢ Μωτσῆς Ἀττικίζων; *Quid est Plato, nisi ticissans?*

nius, rhetor, scripsit « De figuris dictionis, enta in Demosthenem, Chriarum Collec-, Consolationem ad Hadrianum imp. super Antinoi ».

his, Xenagoræ F., Heracleotes, Ponticus, us. Scripsit de Alexandro ejusque successot epigonis, sive successorum posteris libros De Heraclea libros XIII. Continet autem res ost epigonos, usque ad tyrannorum eversiousque ad tertium Ptolemæum. Conf. Kust. 8, tom. II, pag. 639.

ύπλόηκα, ὅτε νεναυτγηκα, *nunc secunda nae usus sum, cum naufragium feci.* Zeno, s, dicto hoc usus est, postquam naufragium t, et: *Bene facit fortuna, quod non ad philoso- compellat.* Itaque relictis prioribus præcepto- Cratetis factus est discipulus, animumque ilosophiam appulit.

ia saltatio est eadem ac Berecynthia, Baccho Berecynthus enim in Nysia sita est. Ita alia r Cretica, sive Gnossia; nam Gnossus est Cretæ, etc.

O

λισται, *obelo notatum est*, id est, rejectum mnatum est. Obelus enim, sive veru, in libris num rejectionis.

άτωθεν νόμος, Lex inferior. Demosthenes, in ne contra Aristocratem vel Heliæam sic voquod dicasteriorum (Athenis) alia superiora, nferiora nominarentur; vel ob formam scri-, qua Axones scripti erant; ea autem talis ut versu primo a dextra ad sinistram proce-, versus secundus a sinistra ad dextram scriesset βουστροφηδὸν sulcorum more; itaque n eam, quæ a sinistra incipit, inferiorem vocat osthenes. Axones enim et Cyrbes eo, quo dixi-, modo scriptos esse, Euphorion in Apollodoro iit. Vel quia Ephialtes Axones et Cyrbes ex loco eriore, id est arce, in curiam et forum trans-

chus, Ὦχος (aliis Μῶχος), philosophus apud nices, ut Zamolxis apud Thraces et Atlas apud os.

chus (Persarum rex), qui cum Apin (Ægyptio-) interfecisset, eum coquis tradere voluit, ut n in frusta dissecarent et ad cœnam præparet.

idænathus, Syrus, Plutarchi, philosophi (Athensis), auditor, quæstiones difficiles magistro putanti identidem proponebat, et dicentem sem- interpellabat, ad veritatem assequendam ipse minus perspicax. At Plutarchus censuit, philosophum non de quibuslibet rebus interrogandum, nec eum de quavis re ex tempore respondere debere. In primis difficile et tantum non impossibile esse, ut homines (explorati et certi) aliquid dicant sentiantve de diis.

Œnomaus, Gadarensis, philosophus cynicus, non multo antiquior Porphyrio. Scripsit *De secta cynica;* Πολιτείαν sive *De rep., De homerica philosophia; De Cratete, Diogene* et cæteris (Cynicis).

Οἰωνιστικήν. Artem augurandi primi invenere Phryges, ejusque species: 1.) Ὀρνεοσκοπικόν, *Auspicium*, ut cum ave fronte vel tergo volante et ad dextram vel sinistram declinante, quis dicit, id hanc vel illam rem significare. Primum de hac arte scripsit *Telegonus*. 2.) Οἰκοσκοπικόν, cum observantur ea quæ domi accidunt, veluti si in tecto apparuerit mustela vel serpens; aut oleum effusum fuerit, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis: aut lignum crepuerit, aut aliquid aliud acciderit, hoc vel illud significat. De hac divinatione scripsit *Xenocrates*. 3.) Ἐνόδιον, cum interpretatur quis ea, quæ in via nobis occurrunt, ut cum quis tibi obvius factus fuerit, hoc vel illud gestans, hoc vel aliud tibi eveniet. De hoc scripsit *Polles*. 4.) Χειροσκοπικόν, cum manu exspansa ejusque rugis inspectis dicimus, Liberos procreabit, vel tale quid. De hoc scripsit *Helenus*. 5.) Παλμικόν, cui qui student, ex tremore et palpitatione membrorum futura prædicunt, veluti cum saliit oculus dexter vel sinister, vel humerus vel femur, vel cum pes prurivit vel auris tinniit, hoc vel illud eveniet. De hoc divinationis genere scripsit Posidonius.

Olen, Dymæus, vel Hyperporeus, vel Lycius, poeta epicus. Sed potius est Lycius e Xantho, ut Callimachus declarat, et (Alexander) Polyhistor in Historia Lyciæ.

Olophyxis, civitas Thraciæ juxta montem Athon cujus civis fuit Herodotus Olophyx, qui *De Nymphis et sacrificiis*, ut aiunt, scripsit.

Olympias, certamen, quarto quoque anno peragi solitum, ob diem, qui quarto quoque anno ex sex horis colligitur. Prima autem Olympias incidit in ætatem Salomonis, quo tempore Jovis festum publica solemnitate celebratum est.

Olympiodorus, philosophus Alexandrinus celeberrimus Ad hunc audiendum Proclus, Lycius, Aristotelicæ doctrinæ discendæ causa se contulit. Cum autem Olympiodorum audiret, virum eloquentem, et qui propter linguæ volubilitatem et celeritatem in dicendo a paucis auditoribus intelligebatur, sic ab eo fuit approbatus, ut filiolam, et ipsam philosophice institutam, ipsi despondere voluerit. conf. Kusteri not. 3, tom. II, pag. 683.

Olympus, Generosæ (Γενερώσης) frater, qui ex Cilicia Alexandriam venit ad colendum Serapidem· vir ingenio admirabili, corpore magno et procero, facie honesta et liberali, suada incredibili. Quare constitutus ἱεροδιδάσκαλος, sacrorum magister, apr

Alexandrinos, qui tunc torrente quasi reip. in deterius rapiebantur. Ille, quos potuit, congregans antiqua instituta eos edocebat, et comitantem hos, qui ea observarent, demonstrabat felicitatem. Amicis vero prædixit Serapidem relicturum esse templum, quod et factum est.

Olympius, Mæonis F., Mysus, tibicen, poeta melicus et elegiacus, auctor musicæ, quæ pulsatione peragitur, itemque ejus, quæ cantu tibiarum constat : discipulus et amatius Marsyæ, qui genere fuit Satyrus, auditor vero et filius Hyagnidis. Vixit Olympus ante bellum Trojanum, a quo et mons in Mysia nomen accepit.

Onesimus, Cyprius vel Spartanus, historicus et sophista temporibus Constantini imp. Scripsit « statuum Divisiones : Artem judicialem ad Apsi- « nem ; De arte contradicendi ; Progymnasmata, « Declamationes, encomia » et alia plurima.

Onesicritus, Xenophonte tanto inferior habendus, quanto exemplum archetypo.

Onetor, Contra hunc Demosthenes scripsit Orationes de judicio, ἐξούλης, sive *de vi*. Fuit autem unus ex choragis, cujus etiam Isocrates in Oratione de retributione mentionem facit.

Onosander, philosophus Plotonicus, scripsit *Tactica*, sive De acie instruenda ; « De strategemati- « bus ; Commentarios in libros Platonis ; De republ. »

Ophelio, comisus, ex cujus fabulis sunt teste Athenæo, Ἀσυκαλίων, Καλλαίσχρος, Κένταυρος, Σάτυροι, Μοῦσαι, Μονότροποι. Meminit illius libro secundo Dipnosophist.

Ὦ ἐφήμερε, *o brevis ævi homo*. Ita Socrates apud Aristoph. in *Nubibus* ad Strepsiadem. Quod ipse animum ad res divinas intentum haberet, vel quia Socrates Sileno similis esse dicebatur; simus enim et calvus erat ; apud Pindarum quippe Silenus ad Olympum : Ὦ τάλας, ἐφήμερε, νήπιε, βάζεις χρήματά μοι διακομπεύων : « O miser, mortalis, stulte, « verbis magnificis opes tuas mihi jactas.

Oppianus, Cilix ex Coryco civitate, grammaticus et poeta epicus, qui vixit sub M. Antonino (Caracalla) imp. Scripsit *Halieutica* (de piscatione) libros V ; *Cynegetica* (de venatione) libros IV ; *Ixeutica* (de aucupio) libros II. Cum autem Poemata ejus apud imp. lecta fuissent, is pro singulis versibus aureum staterem sive nomisma ipsi donavit, isa ut pro omnibus versibus viginti millia nomismatum acciperet.

Ὀψαρτυτική, ars culinaria. Artemidorus, pseudo-Aristophanius, voces ad artem culinariam pertinentes collegit.

Ὀργῇν. Herodotus, conspicatus Thucydidem quasi instinctu quodam Numinis lacrymantem (cum Herodotum historias suas legentem, audisset), ad patrem Thucydidis dixit : « Beatum te duco, Olore, optimæ prolis causa. Filius enim tuus animum habet, disciplinarum cupidum. »

Oribasius, Sardianus, familiaris amicus Juliani Parabatæ, a quo CPolis quæstor est constitutus. Scripsit Ἡρὰς τοὺς ἀπορουντας τὸν « medicos dubitantes, libros II ; Ad « libros LXXII ; Epitomea eorum, l « Eustathium, filium. *Item* De rega « bus. »

Origenes, qui et Adamantius, vir cla subactus in omni genere disciplina, a monii Saccæ, philosophi, de cujus vi plura affert Suidas ex Eusebii libro VI, et Cedreno : narratque inter alia, Am precibus Scripturaram sacram explica annos et librorum scripsisse ad sex m ob eorum multitudinem, dictum Σαρ

Orion, Thebanus, Ægyptius, scripsit *Sententiarum*, seu, Ἀνθολόγιον, *Flori* dociam, imp. Theodosii Junioris nepo

Orion, Alexandrinus, grammaticus. θολόγιον. » Atticorum vocabulorum C « De Etymologia ; Encomium Adrian

Orpheus ex Lebethris Thraciæ orin thra civitas Pieriæ vicina), Œagri et C Œager vero, quintus ab Atlante, ex A filiarum ejus. Vixit undecim ætatibus Trojanum, ipsumque Lini discipulum et novem ætates vixisse. Alii unde Τριαγμους, qui ab aliis Ionis tragi tur. In his etiam fuerunt illa quæ dicu λικά. Κλίσεις (an κλήσεις.) κοσμικ Ἱερους λόγους, *Sacros Sermones* libr vero dicuntur esse *Theogneti*, Thes *Cercopi*, Pythagoreo, tribuunt : Ono *Onomacritum* referuntur ; Τελεταί, h dem Onomacriti esse dicuntur. In h *De lapidum sculptura* qui Ὀγδοηκον bitur. Σωτήρια. Hæc Timoclis, Syra gini, Milesii, esse dicuntur. Κρατῆρ tribuuntur. Θρονισμοὺς μητρῴους, Ορ gnæ matris deorum et *Bacchica*, quæ Sa esse dicuntur. *Descensum ad inferos*, Herodici Perinthii esse fertur ; Pephre etiam Zopyro tribuuntur, ab aliis Bron μαστικὸν, versibus heroicis MCC ; Ast Ἀμοκοπίαν, Θυηπολικὸν sive *Libr* Ὡσθυτικὰ ἢ ὠοσκοπικὰ, *De divinatio* versibus heroicis ; Καταζωστικὸν, *Hym banticum et Physica*, quæ Brontini esse dic

Orpheus, Ciconeus, vel Arcas *ex Bisalti* D cica, poeta epicus. Fuit et hic ante Homer bus ætatibus Trojano bello antiquior. *Scrip bulas, Epigrammata, Hymnos.*

Orpheus, Odrysius, poeta epicus, *gen* Dionysius ne exstitisse quidem dicit. Nihil poemata quædam ei tribuuntur.

Orpheus, Crotoniates, poeta epicus, quem Pi to tyranno familiarem fuisse Asclepiade Grammaticorum sexto tradit. Scripsit Ἀναπ *Argonautica* et alia quædam.

Orpheus, Camarinæus, poeta *epicus*, cujus dicunt *Descensum ad Inferos.*

is, rex Thracum, cujus tempore Amazo- A gas sibi tributarios fecere.

re Judicum Judæorum, post sublatum sium regnum, Orphens clarus fuit, vir ssimus et multorum mysteriorum peritis- fujus etiam feruntur Περὶ θεογνωσίας λόγοι is ex Jo. Matala et Cedreno Περὶ θεογονίας), is inter alia et hæc dicit : ætherem princi- o conditum fuisse, et ab utraque ætheris isse chaos, etc.

ei lyra.

Alexandrinus, grammaticus, qui CPoli do- ripsit « De vocalibus ancipitibus ; Quomodo ia sint efferenda ; Solutiones propositionum liani ; Πίνακα τῶν ἑαυτοῦ, Indicem Operum m ; De encliticis particulis ; Orthographiam B lphabetico ; De diphthongo ; Orthographiam hthongi contra Phyrnichum, *ordine alpha-* ; Florilegium sententiarum.

næ. Sic olim apud Persas magi vocabantur, oastri successerunt.

ν μᾶλλον. Sceptici sive Pyrrhonii, sectarum m decreta evertentes, nullum ipsi dogma t, etc.

ν πρὸς τὸν Διόνυσον. Cum Epigenes Sicyonius liam in Bacchum fecisset, hoc acclamarunt: *id Bacchum.* Vel potius : olim certabant car- us, in Bacchum scriptis, quæ ex Satyrica ntur. Postea vero tragœdias scribere aggressi timad fabulas et historias deflexerunt, nullam i mentionem amplius facientes. Sic Chamæ- C n libro De Thespide. Theætetus vero, in libro overbio refert, Parrhasium, certantem, Co- i cum aliis pictoribus, pinxisse Bacchum pul- imum, et Corinthios videntes æmulorum exclamasse : *Quid ad Bacchum ?*

δὲν ἐν σελίνοις, *Ne inter apia quidem.* In eos qui ne ipium quidem rei assecuti sunt ; sumpta trans- ne ab iis qui in hortos ingrediuntur, ad extre- autem hortorum partes (παρικήπους), quas apio uta conserere solebant Græci, non perveniunt.

ὑδέποτ' ἐγὼ τοῦτον ὑποδέξομαι. In compotationi- us Athenienses olim carmen cantabant, quod abatur *Harmodium* in Harmodium et Aristogito- n, qui Pisistratidarum tyrannidem everterant, us initium : Φίλτατε Ἁρμόδιε, οὔτι που τέθνη- ; (94). Erant et alia ejuscemodi carmina quo- m unum *Admeti* vocabatur, alterum *Lamponis.* ıfra in Πάροινος.)

Οὐκ ἐκομπολάκουν, « non utebar verbis tumidis, » Æschylus.

Οὐκ ἔνδον. Ridet Aristophanes Euripidem, ut λλογιστικὸν, etc., animas ab corporibus distinxit ıore Homerico. Homerus enim cum dixisset : Πολ- ὰς δ' Ἰφθίμους, ψυχὰς, « Multas animas fortes heroum « ad orcum demisit, *subjungit* : Αὐτοὺς δ' ἑλώρια « τεῦχεν, Ipsos vero prædam fecit canum.

Οὔτιδες *Utides* et *Soritæ* : Paralogismi quidam ita appellati.

Οὐ χρὴ. Æschylus de Alcibiade : Μὴ ἀνατρέφειν φρόνημα ἔχοντα' « Ne virum callidum in civitate alas, « si vero alueris, ne eum irrites, sed blanditiis de- « mulceas. » Euripides suasit, non recipiendum in urbem leonis catulum. Bacchus ad hæc (apud Aristoph.) : Difficulter sententiam fero, uter melius dixerit. Nam σοφῶς Æschylus, Euripides σαφῶς.

P

Pacatus, Minucius idem dictus, et Irenæus, Alexandrinus, grammaticus, scripsit « De Alexandrino- « rum dialecto, *sive* De Græcismo libros VII, ordine « alphabetico ; De proprietatibus Atticæ et Doricæ « dialecti ; De atticismo » et alia multa. (Supra, in Irenæus.)

Pæanes duo arant, unus ἐνυάλιος sive Marti, sub initium prælii vel ante pugnam, alter post victoriam Apollini. *Pæanismus* carmen, quod canitur ab iis qui a malis quibusdam liberati sunt.

Palæphatus, Atheniensis, poeta epicus, Actæi et Bionis F., vel, ut alii, Joclis et Metaniræ, vel Mercurii. Vixit secundum quosdam post Phemonoem, secundum alios, ante eam. Scripsit Κοσμοποιΐαν, *Poema de opificio mundi*, versibus quinquies mille ; « Apollinis et Dianæ Nativitatem, *versibus MMM ;* « Veneris et Cupidinis voces et sermones » versibus quinquies mille ; « Minervæ et Neptuni con- « tentionem, *versibus mille ;* Latonæ comam.

Palæphatus, Parius vel Prienensis, qui vixit tempore Artaxeris. Scripsit *Incredibilium libros V.* quos quidam Palæphato Atheniensi tribuunt. Sed et iste de eodem argumento scripsit.

Palæphatus, Abydenus, historicus. Scripsit « Cy- « priaca, Deliaca, Attica et Arabica. » Vixit sub Alexandro Macedone, et Aristotelis philosophi deliciæ fuit, ut auctor est Philo Ἐν τῷ στοιχείῳ τοῦ περὶ παραδόξου ἱστορίας βιβλίου α' ; et Theodorus, Iliensis, libro III Troicorum.

Palæphatus, Ægyptius aut Atheniensis, grammaticus, scripsit Theologiam Ægyptiacam, fabulosorum librum I ; fabulose dictorum Solutiones ; Argumenta in Simonidem ; Res Trojanas, quod opus alii Pario Palæphato tribuunt. Scripsit et Historiam propriam, Ἱστορίαν ἰδίαν. D

Palamedes, Eleates, grammaticus, scripsit de comica et tragica dictione : Ὀνοματολόγον, sive Nomenclatorem ; Commentarium in poetam. Pindarum.

Palamedes, Nauplii et Climenes F., Argivus, poeta epicus, et consobrinus regis Agamemnonis, non minus acutus philosophus, quam poeta ingeniosus. Idem inventor litterarum ζ. π, φ, χ, itemque calculorum, et tesserarum, et alveæ, et mensurarum ac

(94) Φίλτατε, etc., hic est quintus versus scolii, nthol Græcam poeticam (Baruthi, 1792, 8), quod *Callistrato* tribui solet. V. quæ notavi ad pag. 90 sqq. HARL.

ponderum. Poemata ejus Agamemnonis posteri ex invidia aboleverunt, Existimo et poetam Homerum, quod eadem invidia laboraret, nullam ejus mentionem fecisse. Carmina Palamedis propter invidiam ab Homero abolita sunt, etc.

Palladius, Palamedi F., Methonæus, sophista, qui vixit sub Constantino imp Scripsit « De Romano-« rum festis, Disputationes ; Orationes *diversas, ut* « Olympiacam, Panegyricam, Judiciales.

Pamphile, Epidauria, sapiens, filia Soteridis, cujus esse dicuntur commentarii, qui Pamphilæ nomine feruntur (ut auctor est Dionysius libro XXX Historiæ musicæ), vel Socratidis, mariti ejus. Scripsit « Commentarios historicos libris XXXIII ; « Epitomen Clesiæ libris III ; Epitomas historia-« rum, aliorumque librorum quamplurimas ; Περὶ ἀμφισβητήσεων, *De controversis* ; *De re Venerea* ; et aliis multis.

Pamphilus, Amphipolita, vel Sicyonius, vel Nicopolita. philosophus cognomento Φιλοπράγματος. Scripsit *Imagines* [herbarum (h5)] ordine alphabetico ; «Artem grammaticam ; De pictura et picto-« ribus illustribus ; De re rustica libros III.

Pamphilus, grammaticus, Aristarcheus, scripsit *Pratum* sive variarum rerum Collectanea ; *De glossis sive vocabulis libros XCV*, a littera Ejusque ad Ω. Nam ab A usque ad Δ Zopyrion composuerat ; *In Nicandri loca ab aliis explicata*, et quæ vocantur Ὀφιάκὰ (96) sive *De serpentibus ; Artem criticam* et alia plura grammatica.

Pamphylus, qui in conviviis versus semper loquebatur, ut refert Athedæus in Dipnosoph. lib. I, pag. 4.

Pamphilus, demagogus Athenis, etc.

Pamprius, qui apud Zenonem (imp.) multum potuit, natus Thebis, urbe Ægypti, ingenio ad omnia apto præditus, poeta et ad poesim aptus, cum Athenas venisset, a civitate delectus grammaticus, multos ibi docuit annos. Simulque sub magno Proclo eruditus est in omnibus reconditæ sapientiæ partibus. Hinc nulli secundus videri volens cum omnibus philosophis, excepto Proclo, contendebat, Plutarchum etiam, Hierii F., Atheniensem, et Hermiam, Alexandrinum, rhetorem, doctrinæ gloria superare studebat. Cum autem a calumniatoribus apud Theagenem, illius loci civem, delatus, et gravius quam magistrum deceret, exagitatus fuisset, Byzantium venit : ubi in urbe in qua omnes Christiani essent, Græca sua religione, quam non dissimulat, opinionem attulit nominibus, se alia quoque arcana (magica) doctrina esse præditum. Itaque Illius eum poema quoddam recitantem, cum audisset, commendatum sibi habuit et stipendium ipsi dedit partim de suo, partim de publico.

(95) Voc. *herbarum* additum est de Lambecii conjectura, at fallaci, uti jam supra adnotare memini. Atque Kusterus in not. 7 et 8, tom III, p. 14, probabilibus existimat, opus Pamphili *De iconibus* ejusdem fuisse argumenti, de quo scripti sunt duo

A Deinde invidi, persuadentes Zenoni quod cum Hillo vaticinaretur adversum rem, effecerunt ut relegaretur. Hinc Mysiæ venit, mox ad Hillum in Isauriam tur, etc. Hillus iste cum esset litterarum volebat virorum eruditorum de animæ d audire : cumque ex multorum qui ad disputationibus et dissensu orationem stare appareret, Marsus, grammatista tor, ex Pane Ægypti oriundus, oratione diu meditatam eleganter recitavit, ignarus inter ignaros, ut Plato dixit, suadere potest quam doctus, Marsi a quacitate deceptus Hillus eum eruditio CPoleos doctoribus esse existimavit, B cunia ex publico ipsi tributa, τοὺς μουσεῖα, κατ' ἐκλογὴν ἐκέλευσε παιδεύ scholas frequentarent, cum delectu d

Πάν. Ex Æsopi, anagnostæ, libro de pra in Ἰχθῦς.

Panætius, Rhodius, Senior, philosoph rimus, cujus plurimi libri philosophic runtur.

Panætius, Junior, Nicagora F., Rhodi sophus Stoicus, Diogenis discipulus Scipionis Africani, post Polybium, Hec Obiit Athenis.

Pancratius, sophista, scripsit comm Minuciani artem rhetoricam.

Pancratius. Hujus feruntur Opsartyt C varios artis culinariæ *modos* tradit pore Leonis Senioris, usque ad Zen

Πανδελετείους γνώμας. Pandeletei fuit, litium amans, idemque sophist et unus erat ex illis, qui circa *judicia* sabantur. Meminit ejus Cratinus in

Panolbius, poeta. Scripsit diversa : *Ad Ætherium*, morbo defunctum ; Ad *Ad Dorotheum*, præsidem et comitem *nium*, comitem ; *Epitaphium Hypatiæ*, filiæ.

Πάντα ὀκτώ. Aiunt. Stesicorum Catanæ sepultum fuisse ad portas, quæ ab eo Ste vocantur, ipso monumento *octo columnas* octo item gradus et angulos octo. Alii t D Aletem, cum Corinthios in *unam civitat* culo jussus coegisset, cives in octo tribus bem in octo partes distribuisse.

Panyasis, Polyarchi F., Halicarnasseus, p rum interpres et poeta epicus, qui *poesin ex* ctam in usum revocavit· Duris Samium fuis dit, Dioclis filium ; Herodotus patrem Alii non Lyxum, Aerodoti patrum ; sed Dry

Philostrati Περὶ εἰκόνων libri, hodie adhuc ex tes. HARL.

(96) Sic ex emendatione Kusteri, tom. III, not. 1, pro vulgata lect. Ὄπτικα. HARL.

matrem, Panyasidis aiunt sororem fuisse. A
natus est Olympiade LXXVIII. Secundum
quior fuit et tempore belli Persici vixit,
Lygdamide, tertio Halicarnassi tyranno.
tas alter ei post Homerum locus tribuitur:
n alios vero post Hesiodum etiam et Anti-

Scripsit Ἡρακλειάδα. *De rebus gestis*
ibros XIV, versibus circiter 9000. Ἰωνικὰ,
et Neleo, coloniisque Ionicis, carmine pen-
versibus circiter 7000.

ıtius, urbis cujusdam in superiori The-
iscopus, vir Deo charus, et miraculis incly-
persecutionis tempore oculus effossus fuit,
ıperator (Constantinus) frequenter arcesse-
lumque ejus deosculabatur. Cum autem
s in synodo (Nicæna) visum esset, ut, qui- B
in sacrum ordinem allecti essent, episcopi,
ri, diaconi et subdiaconi abstinerent a con-
ıxorum, quas cum laici essent matrimonii
iaverant, surgens vociferatus est, non esse
ndum grave hoc jugum clericis et sacerdo-
onorabiles esse nuptias, etc. (Ex Socratis,
ap. 11, Hist. eccles.)

ıs, Alexandrinus, philosophus, qui sub imp.
sio seniore vixit, quo tempore etiam floruit
philosophus, qui Ptolemæi Canonem scri-
ıri ejus sunt Χωρογραφία οἰκουμενική, « Cho-
phia totius orbis ; Commentarius in quatuor
ı magnæ Syntaxis Ptolemæi ; Descriptio flu-
ım, qui sunt in Libya ; Interpretationes
ıiorum. »

ιστιχὶς, series versuum, quorum primæ lit- C
omen vel sententiam aliquam componunt
ides, Ponticus, etc., e Laertii V. 92 seq.

ov ab Alexandro, Paride, dictus locus, qui
Amander. Illuc a patre Priamo, missus Paris,
o felici præditus et per triginta commoratus
ibi in omni Græcorum sapientia eruditus fuit.
ı *Orationem in Veneris laudem*, qua Minervæ
ıt Junoni prætulit. *Hymnum* etiam in eam ce-
qui *cestus* dicitur. Hanc belli (Trojani) causam
scribunt ob raptam apud Spartanos Hele-
etc.

menides, Pyretis F,, Eleates, philosophus, di-
lus Xenophanis, Colophonii, vel, ut Theophra-
testatur, Anaximandri, Milesii. Ipsius succes-
fuere Empedocles philosophus et medicus, et D
, Eleates. Scripsit Physiologiam versibus hexa-
is, et alia quædam oratione soluta, quorum
ı meminit.

ριτος. Vide supra, οὐδέποτ' ἐγώ.

rrhasius, Evenoris F. et discipulus, genere
sius, pictor.

ırthenius, Heraclidis et Eudoræ, vel, ut Her-
ıus ait, Thetæ F., Nicæensis aut Myrleanus,
iacorum et variorum carminum poeta. Hic a
ıa captus est, Romanis cum Mithridate bellum
ntibus. Postea dimissus est propter doctrinam,
ixit usque ad Tiberium Cæsarem. Scripsit

Elegias in Venerem : Aretes, uxoris, epicedium ;
Aretes encomium tribus libris, et alia multa. Vide
Kusteri notam 3, tom. III, pag. 52, ubi de alio
quodam *Parthenio*, Phocæensi, quædam attulit.

Parthenius, Chius, poeta epicus, filius Thestoris,
qui cognominatus fuit *Chaos.*, Ab Homero genus
duxit. Scripsit *De Thestore*, patre suo, item *Meta-*
morphoses.

Pases, ingenio molli et effeminato, sed qui arte
magica omnes superavit, adeo ut incantationibus
suis efficeret, ut cœnæ sumptuosæ conspicerentur
et præterea nonnulli, qui ad mensam ministrarent,
eademque omnia rursus evanescerent. Habuit et
semiobolum, ex mina ἐκ μνᾶς (Portus ἐκ μαγεία.)
ab ipso factum, qui cum ab ipso datus esset ven-
dentibus, a quibus aliquid emere volebat, apud
ipsum rursus inveniebatur, si voluisset. Meminit
ejus et Apion, grammaticus, ἐν τῷ Περὶ Μάγου in
libro De Mago.

Patricius floruit sub Joviano imp., fuitque Lydus,
qui phænomenorum cœlestium et signorum occur-
rentium conjector erat acutissimus.

Pattæcion, vir qui questus erat calumniis alios
vexare, et adolescentes integræ famæ et existima-
tionis lacessere. Idem a comicis perstringitur, ut
fur et parietum perfossor, etc.

Paulus, Ægineta, medicus, qui *De re medica plu-*
res libros scripsit.

Paulus, Tyrius, rhetor, æqualis Philonis, Byblii,
ad Hadrianum missus legatus, Tyrum metropolin
effecit. Scripsit *Artem rhetoricam progymnasmata* et
Declamationes.

Paulus, philosophus, scripsit *introductionem*
astrologiæ sive *apotelesmatica.*

Paulus Germinus, sophista, qui scripsit, « Lysiæ
« esse duos illos libros, qui de dono Iphicratis cir-
« cumferuntur. » Item *commentarios in* reliquas
Lysiæ orationes.

Paulus, Ægyptius, Lycopolita, sophista, filius
Besarionis, qui et Didymus dicitur, natus sub.
Constantino imp., scripsit Ὑπόμνημα.

Paulus, Manentis æqualis, Samosatensis, Antio-
chiæ magnæ episcopus, qui Dominum nudum esse
hominem, blaspheme dixit, et ut in unoquoque pro-
phetarum, sic etiam in ipso divinum verbum habi-
tasse, etc.

Paulus. Hic cum Chrysantho Novatianæ Ecclesiæ
præfuit, qui prius quidem doctor litterarum Lati-
narum fuerat, deinde relicto instituto grammatico
ad vitam monasticam transiit et talis fuit, quales
monachos in solitudine degentes esse oportere
Evagrius scribit, etc. (Ex Socratis hist. eccles. VII,
17.)

Paurolas, Phalaridis tyranni et Eritheæ uxoris
ejus F.

Pausanias Lacon, historicus. Scripsit « De Helle-
« sponto, Laconica, Chronica, De Amphictyonibus,
« De festis Laconicis.

Pausanias Cæsariensis, sophista, æqualis Aristi-

dis, cujus Philostratus in Vitis sophistarum, ut oratoris inepti, meminit. Scripsit « De syntaxi librum; « Problematum librum unum, » et alia. (Plura in Kusteri nota 5, ad h. l. III, pag. 692.)

Pauson, pictor. Æsculapius Pausonem et Irum et quemvis alium pauperem sanaverit. Proverbium : *Pausone pauperior.*

Paxamus, vir doctus, scripsit *De arte culinaria*, ordine alphabetico ; « Bœotia libris duobus ; Dode- « catechnum sive de schematis Venereis ; De arte « tinctoria libros duos ; De re rustica libros duos. »

Πένταθλος. *Quinquertio* dictus est Democritus, Abderites : callebat enim physica, mathematica et disciplinas liberales, omniumque artium peritus erat. Hujus est dictum : Λόγος ἔργου σκιὰ, *Oratio umbra actionum.*

Pepli, qui Panathenæis majoribus, Minervæ in pompa ferebatur, apud oratores et comicos mentio. In eo depictus erat Enceladus, unus e gigantibus, quem Minerva occidit. Athenienses, cum victoriam reportassent, peplum Minervæ fecerunt, et in eo depinxerunt viros, qui se strenue in bello gessissent.

Periander, Cypseli F., Corinthius, unus ex VII sapientibus (97), qui vixit Olympiade XXXIII. Scripsit *Præcepta de vita humana, versibus* 2000. Acceptum a patre regnum in tyrannidem vertit, etc. In ejus mortem epigramma (Laertii).

Μήποτε λυπήσῃ σε τὸ μή σε τυχεῖν τινος, ἀλλὰ
Τέρπεο πᾶσιν ὁμῶς, οἷσι δίδωσι Θεός.
Καὶ γὰρ ἀθυμήσας ὁ σοφὸς Περίανδρος ἀπέσβη,
Οὕνεκεν οὐκ ἔτυχεν πρήξιος, ἧς ἔθελεν.

Ne te contristet, si non optata sequantur,
Sed placeant, dederit quæ tibi cumque Deus.
Nam sapiens mœrore perit Periander acerbo
Exstinctus, quod non, quæ voluit, valuit.

Pericles, Xanthippi imperatoris Atheniensium et Agaristes F., et auditor Anaxagoræ Clazomenii, orator et demagogus, qui primus scriptam orationem habuit in judicio, cum illi, qui ipsum antecesserant, ex tempore dixissent. Uxorem duxit Aspasiam, Milesiam, et ex ea filios suscepit, Xanthippum et Paralum, quem contra instituta patria sic nominavit, herois indito nomine, quod (Athenis) non licebat, etc.

Περίμανος. Supra, Μάνερος.

Persæ. Magia et astrologia a Magusæis primum inventa fuit. Persæ ab indigenis vocantur Magog. Et Magusæi iidem sunt.

Persæus, Citieus, philosophus Stoicus, qui etiam Dorotheus cognominatus fuit. Vixit temporibus Antigoni Gonathæ, filius Demetrii, discipulus et alumnus Zenonis philosophi. Scripsit *Historiam.*

A **Perses, Ascræus,** poeta epicus, [illegible] **frater.**

Petosiris, Ægyptius, philosophus, scr[ipsit] « ratione Græci et Ægyptii deorum cult[us] « dum esse præceperint ; Astrologume[na] libris excerpta ; « De mysteriis Ægyptio[rum]

Petrus, magister, rhetor et historic[us] tus ad Chosroen missus singulari gra[vi]quentia feroces et superbos Barbaro[s] mitigavit. Scripsit *Historias*, item Περὶ καταστάσεως, *De statu reip.* (Idem est, sub Justiniano vixisse et ærarium com[pi]das ex Procopio scribit.)

Petrus **Mongus, Alexandriæ** episcopus, fervidus (διάπυρος.) Euphemius vero, [illegible]
B orthodoxam fidem magno studio defen[dit]

Φαχᾶς. Supra, Dioscorides.

Phædon, Eleus philosophus, Socratis auctor sectæ Eliacæ, quæ postea a Me[nedemo] Eretriensi, dicta est Eretriaca. Ab Iadis Athenis venditum lenoni. Alcibiades, Socrate, redemit, ex quo tempore pl[ures] cœpit. Dialogi ejus sunt : Ζώπυρος, Μί[δων] Ἀντίμαχος ἢ πρεσβύτης, Νικίας, Σμ[ίκρα] διάδης, Κριτόλαος.

Φαιδριάς. Supra, in *Æsopus.*

Phæax, orator, dicendi adeo peritus, [illegible] capitis accusatus et in *ipso* facinore [de]fuisset, judicium tamen eluderet. Nec
C phanes.

Φαιός. Menippus (98), Cynicus, [illegible] indutus, Ἐριννύος ἀναλαβὼν σχῆμα, dicens se ab inferis venisse ut hom[ines] observaret, et cum eo rursus descend[eret] nibus illic degentibus ea renuntiaret. Pha[re]talaris, quam balteus puniceus cinge[bat] arcadicus capiti impositus, cui inter[ant] decim στοιχεῖα (99) sive signa *zodiaci*, [illegible] præterea tragici, barba ingens et baculus [illegible] fraxineus.

Phalaris Agrigentinus, totius Siciliæ [tyr]annus Olympiade LII. Scripsit *Epistolas prorsus* [admi]rabiles. Ælianus ait, Apollinem et Jovem [illegible] Phalaridi vitam per biennium prorogasse. [illegible]
D Charitonem et Melanippum clementer tract[asse].

Phallophori, Ithyphalli, et Autocabdali, [illegible] musicorum. *Autocabdali* coronam hederaceam [illegible] stabant : *Ithyphalli* larvas ebriorum et mas[carum] variis coloribus distinctas, tunicamque talar[em] *Phallophori* cortice bybli faciem velabant, [illegible] dera violisque coronati. (Ex Athenæo, [lib.] XIV, pag. 622.)

(97) Suidas hanc particulam descripsit ex Nic. Damasceno, qui tamen de Periandro hæc in fine notarat : « Sunt, qui hunc unum e septem sapientibus fuisse *opinetur*, *falso tamen*. » Habl.

(98) At non de Menippo, sed de Menedemo a Diogene Laertio IV, n. 102 (unde Suidas hanc particulam mutuam sumpsit), ea referri, adnotavit Meursius ter. tom. III, pag. 589, not 3. Habl.

(99) Vide de στοιχείοις, quæ notavi ad S. [illegible] ronymum, *De scriptoribus eccles.* cap. [illegible]

in Orphicis introducitur et Ericapæus, A
ri not. 10, tom. III, pag. 577.

sive Phænias, Eresius, philosophus
cus, Aristotelis discipulus. Vixit Olym-
, et postea sub Alexandro Macedone. —
er *Phanias*, dux exercitus.

damatus a Sapphone, non illa poetria,
a quadam, quæ frustrata spe sua de
upe se præcipitavit.

i, separati, quod se ab aliis distingue-
ura et accurata legis observatione. Scribis
stituta, continentia, vita conjugii ex-
Exactiores etiam, admirandi Essæi. Cæ-
ulus Pharisaicam vivendi rationem ut
sectatum se testatur. (Philipp. III, 5.)
nt Pharisæi in exiguis tabulis vel in spinis
rupulis, ne per somnium polluerentur. B
dem fatum et astronomia magni fiebant.
rates, Atheniensis comicus, qui Alexandro
itionibus bellicis comes fuit, Fabulas do-
I, in his Πετάλην.

ydes, Babis F., ex Syro, insularum Cycla-
, prope Delum, Syrius. Vixit tempore
s, regis Lydorum et VII sapientum æqualis
tus circa XLV Olympiadem. Ferunt, Pytha-
b eo institutum fuisse, ipsum vero non
e præceptorem, sed proprio se exercuisse
comparatis sibi arcanis Phœnicum libris,
ενον τὰ Φοινίκων ἀπόκρυφα βιβλία. Quidam
, eum oratione prosa primum scribere in-
e, quod alii ad Cadmum referunt. Primus
nimarum ex corpore in aliud corpus migra- C
docuisse fertur. Sectatus est Thaletis opi-
. Obiit morbo pediculari. Omnia, quæ
hæc sunt: Ἑπτάμυχος ἤτοι Θεοκρασία ἢ
α, ἔτι δὲ Θεογονία), libris decem deorum
tionem et successionem continens.

ecydes, Lerius, historicus, natus paulo ante
Olympiadem. Scripsit de Lero; de Iphigenia,
chi festis et alia.

lias, statuarius, qui statuam eburneam Mi-
fecit. Pericles vero. sumptibus in eam rem
dis a populo præfectus, quinquaginta talenta
in rem suam, et, ne rationes redderet, bellum
vit, etc.

lagrius, Lycius, Macrensis, ut repetitur apud
iatorem. Sed ut ipse Philagrius scribit ad D
monem in epistola de jecore indurato, fuerit
s medicus Epirota, discipulus Naumachii, post
ii tempora, qui Thessalonicæ ut plurimum
a medicam exercuit. Composuit libros medi-
XX, si singulos numeres, aliaque opera non
a. Item Commentarium in Hippocratem,

ileas, qui Andocidem sacrilegii accusavit.

ilemon, Syracusanus, Damonis F., comicus novæ comœdiæ, qui floruit regnante Alexandro, paulo ante Menandrum. Scripsit comœdias circiter XC, et vixit annos XCIV; quidam annos CL. tribuunt. Exstinctus est immoderato risu. Bello (1) inter Athenienses et Antigonum flagrante, in Piræo degens Philemon per somnium vidit novem puellas, domo sua exeuntes. Somno solutus narravit puero somnium: et reliqua dramatis, quod cœperat, absolvit. Postea involvens se vestibus stragulis, quiete jacuit et mox mortuus est repertus, « Aderant igitur, Epicure, Philemoni novem Musæ, « et cum fatale illud et ultimum iter ingressurus « esset, ab illo digressæ sunt. Diis enim nefas vi- « dere mortuos, quamvis sibi charissimos, ne as- « pectum polluant, morientium exhalationibus. Tu « vero, stulte, ais, eos ne curare quidem res nos- « tras. » Ælianus libro De Providentia.

Philemon junior, et ipse comicus, filius Philemonis comici, qui docuit fabulas LIV.

Philepsius, cujus ut hominis callidi meminerunt comici antiquæ comediæ, et quod inter concionandum populo fabellas narrare solebat, idem jocorum amans et φιλοπαίγμων, ut innuit Demosthenes Oratione contra Timocratem.

Philetærus, Atheniensis, comicus, filius Aristophanis, comici. Fabulæ ejus XXI, ex quibus sunt hæ: Ἀχιλλεὺς, Κορινθιαστης, Φίλαυλος, Κέφαλος, Τηρεὺς, Ἄντυλλος, Οἰνοπίων (Nicostrato tributa ab aliis); tum Ἀταλάντη et Λαμπαδοφόροι.

Philetas, Cous, Telephi F., clarus Philippi et Alexandri tempore, grammaticus, criticus. Hic cum in inveniendo sophismate, quod *pseudomenum* vocatur, elaboraret, extenuato corpore obiit. Fuit præceptor Ptolemæi secundi, scripsitque *Epigrammata*, *elegias* et alia.

Philippicus Bardones, Justiniano imp. interfecto, visus est inhoneste et segniter imperium administrare. Et Patres œcumenico concilio (CPol. a. 680) congregatos, anathemati subjecit, divinitus ab illis decretas duas in Servatore voluntates et actiones non admittens, adjutores nactus Joannem, tunc urbis (CPoleos) summum pontificem, et Germanum, Cyzici metropolitanum, et alios sacerdotes et senatores plurimos.

Philippides, Atheniensis, comicus novæ comœdiæ, filius Philoclis, vixit Olympiade CXI, docuit fabulas XLIV.

Philippus, Amphipolites, historicus, scripsit *Rhodiaca libris XIX*, argumenti valde obsceni: *Coiaca* libris II, *Thasiaca* libris II, et alia.

Philippus, Sophista, qui scripsit *De spiritibus*, Herodianum secutus, secundum ordinem litterarum: item *De synalœpha*.

Philippus, comicus, ex cujus dramatibus sunt Κωδωνιασταὶ, teste Athenæo [sed, notante Kustero,

) Hæc, quæ deinceps ex Æliano Suidas af- de altero Philemone intelligenda sunt, non de qui risu est emortuus. (Philemonis, comici, dramata recenset et duo alios Philemonas, alterum Tarsensem, alterum grammaticum, distinguit Kuster ad h. l. not. 9, pag. 599 seq. tom. III.

apud Athenæum hodie nusquam *Codoniastæ* Philippi laudatur. Adde supra, vol. II, pag. 480.]

Philiscus, comicus, ex cujus dramatibus sunt Ἄδωνις, Διὸς γοναὶ, Θεμιστοκλῆς, Ὄλυμπος, Πανὸς γοναὶ, Ἑρμοῦ καὶ Ἀφροδίτης γοναὶ, γοναὶ Ἀρτέμιδος καὶ Ἀπόλλωνος.

Philiscus, Corcyræus, Philotæ F., tragicus et sacerdos Bacchi, qui sub Ptolomæo Philadelpho vixit. Ab hoc *Philiscium* metrum appellatum est, quod illo frequenter uteretur. Est autem ex secundo tragicorum ordine, qui, septem numero, *pleias* sunt appellati. Tragœdiæ ejus LXII. *Fabric.* Kusterus, tom. III, pag. 602, not. 7, cum Vossio malit Φίλικος· sed vide supra ad vol. II, pag. 313, not. *yy*. *Harl.*

Philiscus, Ægineta, qui Alexandrum Macedonem litteras docuit, auditor Diogenis Cynici, vel, secundum Hermippum, Stilponis. Scripsit Dialogos, ex quibus est *Codrus*. Athenas profectus urbis illius visendæ gratia, cum audisset Diogenem, philosophari cœpit. Pater igitur fratrem ad illum arcessendum misit, sed et ille philosophiæ amore captus est. Deinde pater, utriusque reducendi gratia eo profectus, et ipse philosophari cœpit. Discipulus Diogenis fuit etiam Phocion, ὁ χρηστὸς, sive *bonus* cognomento. Sepultus est Diogenes Corinthi, cane in ejus monumento inciso. Sinopenses etiam statua illum honoraverunt et epigrammate: Γηράσκει καὶ χαλκὸς, etc., ex Laertii VI, 78. [V. supra, vol. II, pag. 314.]

Philiscus, Milesius, orator Isocratis oratoris, auditor qui prius tibicen admirabilis fuit. Unde Isocratas eum vocavit αὐλοτρόπτην, *tibiarum perforatorem*. Scripta ejus sunt: *Oratio Milesiaca; Amphictyonica; Ars rhetorica libris II; Isocratis* Ἀπόφασις.

Philiscus vel Philistus, Syracusanus, historicus, qui Dionysii, Siciliæ tyranni, cognatus fuit et in navali pugna, Carthaginensibus commissa, obiit. Eveni, elegiaci poetæ, discipulus. Scripsit Σικελικὰ, *Sicula*, quo opere continentur res variæ, a Siculis adversus Græcos gestæ. Item *Genealogiam*, *De Phœnicia*, et alia quædam *De insula Sicilia*. (*Vide* infra, Philistus.)

Philistion, Prusaeusis, vel, ut Philo ait, Sardianus, comicus, qui obiit tempore Socratis. Scripsit comœdias βιολογικὰς sive mimicas. Extinctus est risu immoderato. Ex fabulis ejus sunt Μισοψηχισταί. Scripsit Φιλόγελων sive *Risus amantem*, quod opus ab aliis ad (Hermiam) Curiensem refertur (2). Vulgo tamen Nicaensis potius dicitur, ut testatur Epigrdmma:

Ὁ τὸν πολυστέναχτον ἀνθρώπων βίον
Γέλωτι κεράσας Νικαεὺς Φιλιστίων.

Mortalium qui vitam lacrymabilem
Nicænus risu temperat Philistion.

Philistus, Naucratita, vel Syracusius, Archonidæ F., discipulus Eveni, primus historiam oratoriam artem scripsit, auctor. *rhetoricam*, *Ægyptiaca libris* III, *libris XI*, *Adversus Tricaranum* *crate*, *De Dionysio tyranno*, *libros* VI, *rum Theologia libros III*, *Conciones* et Item *De Libya et Syria*.

Φιλλεῖδαι, Phillidæ, familia Athen. solebat Cereris et Proserpinæ sac mystas initiabat Eleusine.

Philo Biblius, grammaticus, qui, tempora Neronis, diu vitam produxit testatur. Severum Erennium (3) cons se annum agente LXXVIII, Olymp Scripsit Περὶ κτήσεως καὶ ἐκλογῆς *comparandis et deligendis libris*, *libros bibus*, *et claris viris*, *quos unaquæq bros XXX de imperio Hadriani*, sub vixit Philo, et alia. *Erennius* cogno Philo, ut ipse testatur.

Philo, Judæus, natus Alexandriæ, rum philosophiam sectatus, ad summ nem pervenit, omnesque *disciplinas* eas quæ encyclicæ vocantur, quam al perdidicit. Ubertate et copia *dicendi* pressit, etc. (ex Sophronio, interpret De script. eccles., et Eusebii *II*, *4*, *et*

Philo, Carpathius, scripsit Comm Canticum canticorum.

Philochorus, Cygni *F.*, Atheniensis uxorem habuit Archestratam. Vi Eratosthenis, quem senem adolesce ex insidiis, delatus apud Antigonum mæo studeret. Scripsit Ἀτθίδος, a nem, *De Atheniensium rebus gestis*, re tibus usque ad Antiochum Θεὸν, libr divinatione libros IV; *De sacrificiis* li trapoli; *Salaminis origines*; *Epigramm De Atheniensium certaminibus libros* IV τῶν Ἀθήνησι ἀρξάντων, *De archontibus* sium, a Socratide (Olymp. CI. 3), ad Apol (Olymp. CXV, 2) Olympiades, *libris II*; *De Demonis Atticam Historiam*; *Epitomen* suæ *Atticæ*; *Epitomen operum Dionysii* templis; *De Sophoclis fabulis libros V*; *De* *De Alcmane*; *De Atheniensium mysteriis*; nem heroidum, *sive Pythagoreorum* Δηλιακὰ, *sive De insula Delo*, *libros II*; *De* *De lustrationibus*; *De symbolis sive signis*.

Philocles, Polypithis F., Atheniensis, tragicus post Euripidem vixit et Χολὴ, *Bilis cognomi* est et Ἁλμίων, *salsus*, propter amarulentiam. Scripsit Tragœdias centum, e quarum numero Ἠριγόνη, Ναύπλιος, Οἰδίπους, Ὀλνεὺς, Πηνελόπη, Φιλοκτήτης. Æschyli, tragici, filius, ipse capite prominente et acuminato

(2) V. supra, vol. II, pag. 480. HARL.
(3) Hic sub Hadriano clarus fuit. Vide supra, in *Hermippo*, *Bergtio*.

lium habuit Morsimum, tragicum, ex A cundi frater erat, Lemnius et ipse sophista docuit
est Assydamas, tragicus, et ex isto Phi- Athenis, obiit et sepultus est in insula Lemno.
r, belli dux. [Conf. Kusteri not. 5 et 6, Auditor et gener secundi Philostrati, scripsit:
ag. 604.] « Imagines; Orationem de Troja; Paraphrasim
des Atheniensis, comicus antiquus, qui « clypei Homeriti; Declamationes V. » Quidam
fuit. Ex comœdiis ejus sunt Κόθορνοι, etiam « Vitas Sophistarum » ipsi tribuunt.
Φιλέταιρος. Alias Philonides, quem per- Φιλοτιμότεραι Κλεοφῶντος. « Ambitiosiores Cleo-
ristoph. in « *Pluto* » et de quo prover- « phonte, in cujus labris strepit Threicia hirun-
παιδευτότερος Φιλωνίδου τοῦ Μελιτέως. « do. » Deridet illum (Aristophanes), ut Thracem,
æmen institutus a Cleando, Mantinensi, quod ex Thrassa natus esset, etc. In hunc, qui
nospite. Postea adolescentiam ingressus erat demagogus, etiam exstat fabula Platonis, quæ
n āc Demophanem (4) sectari cœpit, ge- ipsius nomine inscribitur, *Cleophon*.
gapolitanus, tyrannorum odio patria pro- Philoxenus, Euletidæ F., Cytherius, lyricus, scri-
Arcesilai, philosophi, convictu tunc uten- psit *Dithyrambos XXIV*, et carmine lyrico *Genealo-*
in evertendo Nicocle, Sicyoniorum tyran- *giam Æacidarum*, obiitque Ephesi. Cytheriis per
um opera sua adjuverunt (ex Polybio). B Lacedæmonios in servitutem redactis, emptus est
ophus (5), qui Platonis leges in XII libros ab Agesylo quodam, et Myrmecis nomen ei impo-
lecimum tertium enim ipse addidisse fer- situm. Post Agesyli mortem redemptus, et litteris
cratis et ipsius Platonis auditor, qui con- institutus est a Melanippide, lyrico. Callistratus
ioni rerum cœlestium vocavit. Vixit tempore vero, Heracleæ Ponticæ natum esse, scribit Phi-
i Macedonis, et hæc scripsit: « De solis et loxenus postquam latomias Dionysii, tyranni, eva-
intervallo; De diis libros II; De tempore; sisset (Suid. in Ἄπαγε et Εἰς λατομίας), Tarentum
bulis; De libertate; De ira; De retributio- Italiæ se contulit. Hinc rogatus per litteras a Dio-
e Locris Opuntiis; De voluptate; De amore; nysio, ut rediret, nihil rescripsit, sed littera O (6)
micis et amicitia; De scriptione; » Περὶ τοῦ identidem tabellæ inscripta significavit, se invi-
« De Platone; De eclipsi et magnitudine tationem repudiare. Hinc proverbium Φιλοξένου
et lunæ et terræ; De fulguribus; De pla- γραμμάτιον.
; Arithmetica; De numeris fecundis, » Περὶ Philoxenus, Alexandrinus, grammaticus, Romæ
ὀνων ἀριθμῶν· « Opticorum libros II; Enop- docuit: scripsit « De verbis monosyllabis; De no-
libros II; » Κυκλιακά, « De circulis; » Με- « tis criticis in Iliade; De verbis in » μι « desi-
ς, « Medietates, » et alia. C « nentibus; De diplasiasmo; De Syracusanorum
ostratus primus, Lemnius, Veri F., pater se- « dialecto; De Hellenismo libros IV; De conjuga-
Philostrati, sophista qui artem oratoriam « tionibus; De glossis libros V; De glossis Home-
sus est Athenis, vixitque sub Nerone. Scripsit « ricis; De Laconum dialecto; De dialecto Ionica, »
« Orationes panegyricas » et « IV Orationes et reliquis.
siniacas; Declamationes; Quæstiones rhe- Philoxenus, Leucadius, gulo et parasitus, V. Ku-
as; Loca, unde argumenta rhetorica depromi ster ad tom. II, pag. 606.
sunt; De nomine adversus Antipatrum, so- Philyllius, Atheniensis, comicus antiquæ comœ-
stam; De tragœdia libros III; Gymnasticum » diæ, ex cujus fabulis sunt: Αἰγεύς, Αὔγη, Ἄντεια,
De exercitiis eorum, qui Olympiæ certant; » Δωδεκάτη (nomen hoc meretricis), Ἡρακλῆς, Ἰλόν-
νωμικόν, « De dignoscendis lapillis » sive gem- τρια ἢ Ναυσικάα, Πόλις (Pollaci et Athenæo Πόλεις,
« Proteum; Canem sive sophistam; Nero- plurali numero), Φρεωρύχος, Ἀταλάντης, Ἑλένη.
n spectatorem; Tragœdias XLIII; Comœdias Φιλύρινος Κινησίας, Cinesias poeta dithyrambi-
V. » Itemque alia plurima et memoratu digna. cus fuit, qui φιλύρινος dictus fuit (non ob levita-
ilostratus Philostrati, qui et Verus dictus est, tem, vel pallorem, ut Suidas, sed quod tiliaceis
nii sophistæ F. et ipse alter sophista, qui pri- D tabulis propter gracilitatem se soleret fasciare, ut
Athenis, deinde Romæ artem oratoriam docuit rectus incederet, quemadmodum ex Athenæi XII,
Severo imp. usque ad Philippum. Scripsit « De- pag. 551, Kusterus recte notavit).
mationes, Epistolas amatorias, Imagines » si- Φλέδων. Timon, Antisthenem, philosophum,
Descriptiones libris IV; Disputationes; Ca- carpens ob scriptorum multitudinem, Παντοφυῆ
as » sive « De fistula; Apollonii Tyanei Vitam φλέδωνα, « Omnivarium nugatorem » appellat.
ris XIII; Forum; » Ἡρωικόν, « Heroicum; Phlegon, Trallianus, libertus Augusti Cæsaris,
tas sophistarum libris IV; Epigrammata, » et vel, ut alii, historicus, scripsit *Olympiadas libris*
quædam. *XVI*. Continent autem res, ubique terrarum gestas,
hilostratus, filius Nerviani, qui Philostrati se-

4) Idem infra apud Suidam minus bene vocan- « Ecdelus » et « Megalophanes, » Arcesilai, maei, discipuli.

5) Anonymum hunc philosophum esse Philip- n, Opuntium, Platonis discipulum, docet Kus- , tom. III, p. 610, not, 1. HARL.

(6) Nempe τὸ ο μικρὸν apud vetustissimos Græcos pro οὐ diphthongo scribi solebat, et vim habebat negandi. V. Kusteri, not. 10, vol. III, p. 606 sq. et Villoison Indic. ad Anecdota Gr. tom. II, p. 300, litt, O. HARL.

Plura deinde refert Suidas, quæ Platonem hausisse ex libris sacris, vel ab Ægyptiis didicisse affirmat.

Plato, Atheniensis, comicus temporibus Aristophanis, Phrynichi, Eupolidis et Pherecratis. Fabulæ ejus XLVIII, e quibus, Ἄδωνις, Αἱ ἀφ' ἱερῶν, Γρόπες, Δαίδαλος, Ἑορταί, Ἑλλὰς ἢ Νῆσοι, Εὐρώπη, Ζεὺς κακούμενος, Ἰώ, Κλεοφῶν, Λάϊος, Λάκωνες ἢ ποιηταί, Μέτοικοι, Μύρμηκες, Μαμμάκυθος, Μενέλεως, Νῖκαι, Νὺξ μακρά, Ξάνθαι ἢ Κέρκωπες, Περιαλγής, Ποιητής, Πείσανδρος, Πρεσβεῖς, Παιδίον, Σοφισταί, Συμμαχία, Σκύθαι, Σύρφαξ, Ὑπέρβολος, Φάων. Genere dicendi usus est perspicuo et claro, uti ait Athenæus in Dipnosophist. Ejus etiam sunt Ἀνδροφόνος, Συνεξαπατῶν et Πανηγυρισταί aliæque plures.

Plotinus, Lycopolita, philosophus, discipulus Ammonii, qui antea erat σακκοφόρος sive bajulus, magister Amelii, quem Porphyrius audivit (10), ut Porphyrium Jamblichus, et hunc Sopater. Jam senex sub Gallieno ad annum ejus septimum vixit scripsitque libros LIV, qui in sex Enneades dividuntur. Usus est corpore imbecillo ex morbo sacro. Scripsit etiam alia.

Plutarchus, Chæronensis, Bœotius, vixit Trajani imp. temporibus et ante. Trajanus dignitate consulari eum ornavit, edixitque, ne quis magistratuum in Illyrio sine ejus consensu quidquam faceret. Scripsit multa.

Plutarchus, Nestorii F. Atheniensis, philosophus, magister Syriani, præceptoris Procli, Lycii, qui scholæ philosophiæ Athenis præfuit, et successorem habuit Marinum. Scripsit multa.

Polemon, Philostrati vel F., Atheniensis, philosophus, discipulus Xenocratis, qui fuit Platoni successor. Academiæ et ipse præfuit, et cum antea luxuriæ deditissimum fuisset, philosophari postea cœpit. Multos scripsit libros, sed quorum nullus exstat. Delectabatur præcipue Homero et Sophocle, utrumque pari sapientia præditum esse dicens; unde Homerum Sophoclem epicum, Sophoclem vero Homerum tragicum appellabat.

Polemon, Evegeti F., Illiensis, ex vico Glycyia, donatus civitate ab Atheniensibus, ideoque Helladicus ascriptus : periegetes et historicus. Vixit tempore Ptolemæi Epiphanis. Sed Asclepiades, Myrleanus, auctor est, eum æqualem fuisse Aristophanis, grammatici, et Panætium, Rhodium, etiam audivisse (11). Scripsit « Descriptionem Ilii, libris III; « Origines urbium, quæ sunt in Phocide, et de earum « cognatione cum Atheniensibus; Origines urbium « Ponticarum; De urbibus Laconicis, » et alia plurima. In his et Κοσμικὴν περιήγησιν, Urbis descriptionem sive *Geographiam*.

Polemon, ex Laodicea ad Lycum fluvium, et sophista, qui Smyrnæ docuit, Aristidis magister. Vixit tempore Trajani et fuit discipulus Timocratis, philosophi, ex Ponto oriundi et Scopeliani sophistæ. Ætatis LVI, cum se ipse in sepulcrum et inedia necem sibi conscivisset, quod morbo vexaretur. Quamobrem cognati lugentibus dixit : « Date mihi aliud corpus, « illud migrabo. » Medicis quoque crebro incantibus, dixit : « Quam citissime Polemonis « cidinas excidite.

Polemon Junior, sophista, Commodi temporibus.

Polles, Ægiensis (ex Ægis, urbe Asiæ Magnesiam et Smyrnam), philosophus. Scripsit ordine alphabetico Συμβολικά, « ex quibus futura conjiciuntur, libros II; « πικά, Auguria (*ex avibus*) libris VIII; « libris II; Περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον οἰωνο- « auspiciis Homericis; De Tyrrhenorum [illegible] « Ἰατροσυμβολικά, Conjecturas medicas; « λάπτου, De pico Martio; Ἱερὸν λόγον « sacram; Κατοικιδίων. De signis domes- « unum; Θηρευτικόν, De venatione; De [illegible] « antipathiis; De fulminibus et eorum « Ἐνόδον οἰώνισμα, De ratione captandi « rebus, quæ alicui in via occurrunt, « portans alicui occurrat, id significat. [illegible] ωνιστικήν).

Pollio (Πωλίων), Asinius, Tralliana philosophus, Romæ eloquentiam *prof*- peio Magno, Timageni *in* schola su- *chori* Ἀτθίδα, sive opus « De rebus At- « men » redegit, scripsitque « Dicta et fac- « bilia (12) Musonii, philosophi; Epitome « Georgicorum libris II; *adversus* Aris- « animalibus libros X; De civili bello Ro- « saris et Pompeii.

Pollio Valerius, Alexandrinus philosophus sub Adriano vixit. Hujus filius Diodorus philosophus scripsit Enarrationem « locorum difficilium « apud oratores reperiuntur. » Valerius conscripsit *Collectionem vocabulorum Atticorum*, ordine alphabetico, et alia quædam philosophica.

Pollio, grammaticus, scripsit Περὶ τῶν παρὰ γράμμα ἁμαρτανομένων, « De erratis, quæ [illegible] « teram committuntur.

Pollux (Πολυδεύκης), Naucratita, sophista, [illegible] quidam aiunt Arduenna Phœniciæ ortum, [illegible] luntur. Docuit Athenis sub Commodo imp. et

(10) Porphyrium non fuisse discipulum Amelii, sed hujus condiscipulum, Kuster tom. III, p. 433, in not. 9, ex Holstenio late demonstravit. HARL.

(11) Sed vide Jonsium De scriptor. hist. philos. lib. II, cap. 13. HARL.

(12) Kuster cum Jonsio, De script. hist. phil. III, cap. 7, propter temporis rationem, cum Musonius sub Nerone floruisset, censet, « Dicta et facta « morab. » Musonii pertinere ad Pollionem junior[em]. Confer tamen supra, ad vol. III, p. 566. Item [illegible] inquirere jubet, quis sit Pollio, quem de [illegible] Ctesiæ et Herodoti scripsisse *memoret Porphyr.* apud Eusebium, *De præp. evang.* lib. X, cap. p. 467. HARL.

is LVIII. Scripsit *Onomasticum*, quod est
ocabulorum diversorum quæ de eadem
ir, « libris X : Disputationes *sive* Sermo-
clamationes ; Commodi Cæsaris Epitha-
; Orationem ad Romanos habitam, Ῥω-
όγον ; Buccinatorem, *sive* Certamen mu-
Contra Sinopenses ; Πανελλήνιον, Oratio-
onventu totius Græciæ habitam ; Ἀρκαδικὸν,
ades, » et alia.

Agrigentius, orator, vel potius antiquo-
istarum unus, Licymnii magister. Scripsit
ogiam Græcorum et Barbarorum, qui ad
bellum gesserunt » et quem exitum quis-
m habuerit. Quidam tamen opus hos *Da-*
bunt ; « Navium catalogum ; De vocabulis. »

nus, Sardianus, sophista, sub primo Cæ-
in. Scripsit « Orationes forenses *et* causa-
e patrociniorum formas, Δικῶν ἤτοι συνηγο-
οτυπώσεις, Parthici triumphi libros III, » et alia

enus, Macedo, rhetor. Scripsit « De The-
actitorum libros III, » et alia.

bius, Luci F., ex Megalopoli Arcadiæ, Sci-
Africani præceptor et Panætii philosophi
is, tempore Ptolemæi Evergetis. Hic copiosam
« Historiam Romanam libris XL » scripsit,
a Cleomenis Spartani ad Perseum Philippi
acedonum successioni res a Romanis gestas
e adnectens. Polybii Historiam continuavit
lonius, Olbiopolita, sophista. Strabo quoque,
scensis, scripsit Historiam inde incipientem
olybus desinit, libris XLIII.

lycarpus Joannis evangelistæ, theologi, audi-
uccessor Buccoli, primi Smyrnæorum episcopi
yrio pro Christo consummatus est sub Marco
nino. *Epistolam* scripsit *ad Philippenses*, πάνυ
αστὴν omnino admirabilem, et *Ad magnum*
ysium Arecopagitam, et ad alias Ecclesias. Hic
quasdam super die Paschatis quæstiones, imp.
onio Pio, et Ecclesiæ Romanæ episcopatum
nte Aniceto, Romam venit, ubi multos, qui
cionis et Valentini doctrinæ crediderant, ad
m revocavit. Marcioni obviam forte facto et
enti : *Agnosce nos, Polycarpe*, respondit : Γνω-
σε, « Agnosco te primogenitum diaboli filium. »
olycrates, Atheniensis, orator valde eloquens,
l post Anytum et Melitum orationes contra So-
tem scripsit.

Polyeuctus, comicus, cujus drama Ἱνίοχος me-
oratur Athenæo. Fuit et ætate nostra (13) Po-
uctus, etc. Supra in Ἡνίοχος.

Polygnotus, pictor, Thasius, Aglaophontis filius
discipulus, quem Athenienses civitate donarunt,
quod porticum pœcilem gratis pinxisset, vel ob
turas in Thesauro et Anaceo.

Polymnesti, Colophonii, citharœdi, carmina

A (Πολομνήστεια) propter obcenitatem perstringuntur a comicis. Conf. Kusteri not. 8 in tom. III, pag. 176.

Polyzelus, comicus, cujus dramata sunt : Νίπτρα, Δημοτυνδάρεως, Μουσῶν γοναὶ, Διονύσου γοναὶ, Ἀφροδίτης γοναί.

Porphyrius, petulanti et maledica lingua Christianos insectatus, proprio nomine dictus est Βασιλεύς, (*Malchus*), ex Tyro Phœniciæ oriundus, philosophus, discipulus Amelii, Plotino magistro usi, Jamblici magister, vixit Aureliani temporibus, et vitam produxit usque ad Diocletianum imp. Audivit et Longinum, criticum. Scripsit libros quam plurimos, philosophicos, rhetoricos et grammaticos : « De divinis nominibus librum ; De principiis, « duos ; de materia, sex ; de anima adversus Boe-
B « thum, quinque ; De abstinentia ab animatis libros « IV. De se ipso cognoscendo, Περὶ τοῦ γνῶθι σεαυτόν, « libros IV ; De incorporeis ; Unam esse Platonis et « Aristotelis sectam, libros ; In Julianum Chaldæum ; « Philosophicam historiam, libros IV ; Contra Chri-
« stianos libros XV ; De Homerica philosophia ; Ad-
« versus Aristotelem, qui animam entelechiam esse « statuit ; Φιλολόγου ἱστορίας, Historiæ philologicæ « libros ; De genere, specie, differentia, proprio et ac-
« cidente ; De Nili fontibus secundum Pindarum ; De « utilitate, quam reges ex Homero possunt percipere « libros X ; Miscellanearum quæstionum libros VII, « In Thucydidis Proœmium ; Adversus Aristidem li-
« bros VII ; In Minuciani artem » et alia plurima, præcipue astronomica, inter quæ et Εἰσαγωγὴν ἀστρο-
C νομουμένων, « introductionem in res astronomicas « libros III ; *itemque* Dubia grammatica. »

Posidippus, Cassandrensis, Cynisci F., comicus, qui tertio anno post Menandri obitum fabulas docere cœpit. Dramata ejus sunt ad XXX.

Posidonius, Apameensis, Syrus aut Rhodius, philosophus Stoicus, cognomine *Athleta*, Scholam habuit Rhodi, discipulus et successor Panætii. Venit Romam sub M. Marcello. Scripsit multa

Posidonius, Alexandrinus, philosophus Stoicus. Zenobis Citiei discipulus. Scripsit *Historiam*, [illegible] incipientem, ubi desinit Polybius, *Libris LII*, [illegible] ad bellum Cyrenaicum et Ptolemæum. Item « lo-
« clamationes rhetoricas ; In Demosthenem [illegible]
« menta. » Sed hæc puto, potius esse Posidonii. Olbiopolitæ, sophistæ.

D Posidonius, Olbiopolita, sophista et historicus. Scripsit « De Oceana et rebus, quæ in eo sunt : De « regione, quæ Tyrica vocatur ; Atticas historias li-
« bris IV ; Libyco libris IX, » et alia quædam.

Posidonius, qui scripsit Παλαμικὸν οἰώνισμα [illegible] pra, in Οἰωνιστικήν.)

Postumius, Romanus, Capua oriundus, [illegible] rifaber, deinde post tricesimum ætat[illegible] Athenas profectus, Græcorum litteris [illegible]

(13) Ætatem Luciani intellige, qui in hunc Poleuctum, sophistam, scripsit suum Pseudologistam [illegible] περὶ τοῦ ἀπφράδος, t. II edit. Amstelod. p. 432 sq. FABR. Confer supra ad voc. Ἡνίοχος. HARL.

multis præclaris instructus scientiis ad seram ætatem vixit. Hic se poterat usurpare illud Heracliti (apud Julianum, orat. 6, pag. 185) : Ἐμαυτὸν ἐδιζησάμην, *Me ipsum quæsivi*. Diversas a *Posthumio*, consule Romano, novo hominæ, sed superbo, etc.

Potamon, Alexandrinus, philosophus, vixit ante Augustum et illius tempore, Ejus est « In Platonis de rep. Commentarius.

Potamon, Mitilenæus, Lesbonactis F., rhetor, Romæ sub Tiberia imp. eloquentiam professus. Hunc, in patriam aliquando redeuntem, imperator talibus litteris instruxit : « Potamonem, Lesbonactis F., si quis injuria afficere ausus fuerit, videat, an mecum bellum gerere possit. *Scripsit*, De Alexandro Macedone ; Fines Samiorum ; Bruti enconium ; Cœsaris enconium ; De perfecto oratore. »

Potone, Platonis, philosophi, soror.

Pratinas, Pyrrhonidæ vel Eucomii F. Phliasius, poeta tragicus, qui cum Æschylo et Chœrilo certavit Olympiade LXX, et primus *Satyros* scripsit. Illo fabulas docente, tabulata, in quibus spectatores stabant, ceciderunt, unde Athenienses theatrum exstruxerunt. Fabulas edidit L, quarum XXXII satyricæ. Semel vicit.

Πρέσβεις. Philosophi, qui cum Areobindo in Persiam iverunt legati, fuerunt isti : Damascius Syrus, Simplicius Cilix, Eulalius (Agathiæ codices *Eulamius*) Phryx, Priscianus Lydus, Hermias et Diogenes, Phœnices, Isidorus Gazæus. Hi omnes domum redierunt, barbari hospitalitate valere jussa. Sed in pace Romanorum cum Persis, cautum est, ut viris illis secure vivere liceret, nec contra animi sententiam ab avita (De diis), opinione esset recedendum.

Priscus, Panites, sophista, Theodosii Jun. temporibus scripsit « Historiam Byzantinam et De Attila libros VIII ; *item* Declamationes rhetoricas et Epistolas.

Proæresius, Pancratii F., ex Cæsarea Cappadociæ sophista, qui Antiochiæ Ulpianum audivit. Athenis docuit paulo ante Libanium, maximis a Constantino honoribus ornatus. Scripsit *Declamationes rhetoricas*. Vixit et sub Juliano Libanii temporibus, et Julianus, ut Proæresio ægre faceret, Libanium vehementer coluit. (Supra, in Labanio.)

Προκίφαλος. Supra in Philocle.

Proclus, Mallotes, Cilix, philosophus Stoicus Scripsit « Commentarium in Diogenis sophismata ; *et* Adversus Epicurum.

Proclus alter, Mallotes, philosophus et ipse Stoicus.

Proclus, Proculeius, Themisonis F., Laodiceæ Syriæ sacerdos sive hierophanta, Scripsit « Theologiam ; In Pandoræ Fabulam, quæ est apud He- « siodum ; In Nicomachi Isagogen arithmeticæ, » et alia quædam *geometrica*.

Proclus Lycius, dissipulus Syriani et auditor Plutarchi philosophi, Nestorii F., Platonicus philosophus, qui philosophicæ scholæ Athenis præfuit, habuitque discipulum et successorem Neapolitanum. Scripsit permulta philogrammatica : « Commentarium in tot... In Hesiodi opera et dies ; De chresteo... III ; Περὶ ἀγωγῆς, De disciplina Theo... II ; In Remp. Platonis libros IV ; In Or... giam ; Συμφωνίαν *sive* Consensum Orph... et Platonis ; In Oracula libros X ; De dis... Argumenta XVIII contra Christianos. E... clus ille, qui secundus a Porphyrio in... petulantem linguam in Christianos ... versus hunc Joannes Philoponus scrip... gumenta ejus XVIII admirabili dexterit... eumque vel in Græcis disciplinis, quar... se jactabat, indoctum et exiguo judi... ostendit. Scripsit etiam Proclus M... *Librum de matre deorum*, quem si qu... sumat, ex eo intelliget philosophum ... κατακωλύης. *non absque divino afflatu* ... illius theologiam in lucem protrahe... res non amplius turbentur lamenta... (in sacris illis) audiuntur.

Proclus, imperatoris Justini quæst... qui nullam legem scripsit, etc.

Procopius illustris, Cæsariensis, ... rhetor et sophista. Scripsit *Histori...* sive Bellisarii bella et res Romæ et in... Vixit tempore Justiniani imp. fuit... notarius et comes, omnibusque bell... a se descriptis, ipse interfuit. Scrip... brum, qui prioribus additus est nom... inscribitur, continens vituperation... insectationes Justiniani imp. *et* Th... ejus, itemque Bellisarii et uxoris

Procopius. In templo sancti mar... in Chelone, statua cujusdam eunuc... cujus pectore inscriptum erat : « Qu... guum loco moverit, laqueo pereat, et...

Prodicus Ceius, ex insulo Ceo et ... oriundus, philosophus *physicus* et sophi... lis Democriti Abderitæ, et Georgiæ ... Protagoræ, Abderitæ. Athenis hausta ... tuus est velut qui juvenes corrumperet.

Πρόληψις, *anticipatio* scilicet *antecepta rei cognitio*. Chrysippus naturalium quæ... libro XII, tria dicit esse criteria, *sensum*... tionem et anticipationem. Epicurus vero ... ait esse memoriam ejus, quod exstrinsecus ... apparuit, etc,

Prometheus judicum Judaicorum *tempo...* Græcos celebris fuit, qui primus invenit gra... cam et philosophiam. Idem homines finxis... quod rudes sapientiam docuit. Tunc floruit ... metheus, qui musicam invenit ; et Atlas, qu... *Astronomiam* interpretaretur, *cœlum* gest... dictus. Porro Argus, qui ob artium repertam... tiam multos oculos habere fingebatur. Tem... fuit Sibylla Fatidica, regnante apud Ægyptio... raone, cui cognomen Taracho, et Atheni...

ς sive *biformis* dictus est ob corporis ma-
ɛm, vel quod ex Ægypto oriundus venisset
ım, vel quod contra promiscuum concubi-
m tulisset de virginibus, uni viro collo-
Hoc Cecrops fecit, qui ab Ægyptiis genus
non ignoraret leges quas Vulcanus, regio-
s rex, tulerat. Ipse Athenis regnavit annos
ginta.

mus, tibicen, cujus prolixam barbam per-
ıt comici.

ɹτεία, alia spiritalis, alia diabolica : nam et
iones diabolorum prophetiæ dicuntur; alia
is, vel artificiosa, quæ inter has est media ;
ıique communis et popularis. Ac spiritalis
ı præcipue est sanctorum : Dei autem dis-
one participes ejus quoque interdum sunt
i tales non sunt, ut Pharao, Balaam et Cai-
Diabolica ad solos diabolorum cultores per-
Ejus generis sunt, qui ex inspectione farinæ
lei divinant, et Pythia, ex quercu oracula
s, et Dodontea, sacrificula, et aruspices et
atores signorum et sternutationum et ominum
minum et murium et mustelarum et ligni
antis et tinnitus aurium et palpitationum cor-
et nominum ; itemque, qui umbras mortuo-
:vocant, et ex astris, aquis et aliis infinitis
ı prædicunt. Nam divinatio ex somnis et apud
uidem in usu est, sed per afflatum divinum
ivinatio naturalis est animalium brutorum.
ıdines enim et grues et formicæ imminentem
estatem præsentiunt, itemque echini et alcyo-
naturæ munere. Divinatio vero, quæ arte con-
:st medicorum, consiliariorum et gubernatorum
t veræ prophetiæ proprium est, linguam præ-
ministram gratiæ Spiritus.

ɔtagoras Abderites, Artemonis vel Mæandri F.
am Teium fuisse scripserunt. Primum fuit ba-
ı ; sed Democritum cum audisset, doctrinæ
us amore, philosophiæ operam dedit et elo-
ıtiæ, primusque cognominatus est sophista.
ɑ contentiosum dicendi genus primus invenit,
ɛntum minarum mercedem a discipulis exegit.
ος ἔμμισθος, *Sermo mercenarius* ideo cognomi-
us. Magister fuit Isocratis oratoris. Idem primus
tionem divisit in partes quatuor, εὐχωλήν, ἐρώτ-
ν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν. Alii post eum in septem,
γησιν, ἐρώτησιν, ἀπόκρισιν, ἐντολήν, εἰσαγγελίαν
), εὐχωλήν, κλῆσιν. Alcidamas quatuor formas
ıtionis ponit, φάσιν, ἀπόφασιν, ἐρώτησιν, προσ-
ῥευσιν. Protagoræ libri ab Atheniensibus cre-
ıti sunt, quod aliquando sic exorsus esset : Περὶ
ῶν οὐκ ἔχω εἰδέναι, οὔτε ὡς εἰσιν, οὔτε ὡς οὐκ
ί, *De diis scire non possum utrum sint, an vero*
n sint. Platone, philosopho, et antiquior, fuitque
agister pradici, Ceii, et multorum aliorum.

A Protogenes. Xanthius ex Lycia, pictoria arte celebris, qui Bacchum, Διόνυσον (*Leopardus*, XVI, 2, emendatt. ex Plutarchi Demetrio, pag. 898, legit (15) Ἰάλύσον,) Rhodi pinxit, opus incomparabile, quod admiratus est Demetrius, Poliorcetes, cum Rhodum per biennium obsideret, adductis mille amplius navibus et plus quam 55,000 armatorum. Scripsit Protogenes « De arte pictoria et figuris libros II. »

Ptolemæus, Cytherius, poeta epicus. Scripsit « De psalavantha, » quam herbam esse dicit mira vi præditam.

Claudius Ptolemæus, Alexandrinus, philosophus, tempore Marci imp. Scripsit « tres libros mechani-
« cos ; De ortu et significationibus stellarum iner-
« rantium ; Planisphœrium ; Canonem expeditum ;
B « Magnum opus a tronomicum » sive *Syntaxit*, et alia.

Ptolemæus Pindarion, Alexandrius, grammaticus, Oroandri F., discipulus Aristarchi. Scripsit « Homericorum exemplorum, Ὑποδειγμάτων *libros III*
« De Homerico charactere ; Adversus Neothalidem
« de dictione ; De Utide Homerico ; De asteropæo
« apud Homerum, » et alia.

Ptolemæus, grammaticus, Ἐπιθέτης dictus, quod Aristarchum sequeretur. Auditor fuit Hellanici, grammatici, qui audiverat Agatoclem, discipulum Zenodoti Ephesii. Scripsit Περὶ τῶν παρ Ὁμήρῳ πληγῶν, « De plagis apud Homerum ; Commenta-
« rium in Odysseam. »

Polemæus, Aristonici grammatici pater, et ipse grammaticus, qui ambo Romæ artem grammaticam
C professi sunt. Scripsit Ὁμοίως εἰρημένα τοῖς Τραγικοῖς « De iis quæ similiter dicta sunt a tragicis ; In
« Homerum libros quinquaginta ; Τὰ παρὰ τῷ ποιητῇ
« ξένως ἱστορημένα. De iis quæ Homerum mira et
« peregrina traduntur ; De Musis et Nereidibus. »

Ptolemæus, Hephæstionis F., cognomine Χέννος, Alexandrinus, grammaticus clarus sub Trajano et Adriano, imp. Scripsit *De historia paradoxa* sive mirabili ; *Sphingem*, drama historicum ; Ἀνθόμηρον sive « Poema Homeri æmulum Rhapsodiarum XXIV. » et alia quædam.

Ptolemæus, Ascalaonites, grammaticus, qui Romæ docuit. Scripsit « Homericam Prosodiam De Hel-
« lenismo, *sive* De recta loquendi ratione libros XV;
« De metris ; De Aristarchea Odysseæ correctione ;
D « De differentia vocabulorum ; *item alia* grammatica. »

Pulcheria, Arcadii filia, nondum annos XV nata imperium optime administravit, fratremque Theodosium erudiit, et pietate erga Deum accurate instituit multasque instruxit ecclesias. Nestorius Pulcheriæ invisus erat, criminabatur enim eam apud Paulinum Magistrum. Sorores ejus Arcadia et Marina. Theodosius sæpe, libellis non lectis nomen suum subscribebat. Itaque Pulcheria ipsi subjecit

(14) Suid. infra in πυθμήν, ἐπαγγελίαν. Laertius abet ἀπαγγελίαν.

(15) Confer Franciscum Junium, in artificum Catalogo, pag. 184 seq.; et Kuster ad Suidam socum tom. III, pag. 218, not. 2.

libellum, quo conjugem, Eudoxiam, donari sibi petebat, ut ea ancilla uteretur, etc.

Pylades, Cilix, ex oppido Mistarnis. Scripsit *De saltatione Italica*, cujus ipse inventor fuit ; *De saltatione comica*, quæ Κόρδαξ vocabatur ; item *De saltatione tragica*, quæ σίκιννις et *De satyrica*, quæ Ἐμμέλεια dicebatur. (Sed vide *Athen.* I, pag. 20 ; et Kusteri not. 4 et 5, tom. III, pag. 239.)

Pyrrhon, Plistarchi F. Eleus, philosophus tempore Philippi Macedonis, Olympiade CI et ultra. Primum quidem pictor fuit, postea animum ad philosophiam applicans audivit Brysonem, Clinomachi discipulum, deinde Anaxarchum, discipulum Metrodori, Chii, cujus magister fuit Democritus, Abderita. Statuit, nihil esse natura honestum et turpe, sed omnia moribus et lege.

Pyrrhon, Phliasius, Timarchi F., discipulus Timonis, philosophi.

Pyrrhonii philosophi, qui Pyrrhonis sectam amplectebantur, dicti etiam aporetici, septici, ephectici, zetetici, etc. Sceptices primus auctor fuit Homerus, qui nihil certi de rebus pronuntiat. Septem etiam sapientes fuere Sceptici, quorum est dictum : *Ne quid nimis ;* Archilochus quoque, cum ait : Τοῖος ἀνθρώποις νοῦς γίνεται θνητοῖς, ὁκοίην Ζεὺς ἡμέρην ἄγει. Et Euripides (*Supplicibus*) : Τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς φρονεῖν λέγουσι ; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα· Δρῶμέν τε τοιαῦθ', τυγχάνεις θέλων.

Pythagoras, Samius, revera Tyrrhenus, Mnesarchi, sculptoris annulorum, filius, qui cum patre Samum adolescens ex Tyrrhenia migravit, ubi Pherecydem Syrium, deinde Hermodamantem audivit, Creophyli nepotem, hinc Abaridem, Hyperboreum et Zaretem, Magum. Apud Ægyptios etiam et Chaldæos disciplinis institutus rediit Samum, quam cum Polycratis tyrannide teneri vidisset, Crotonem in Italiam abiit, apertaque ibi schola quingentos et amplius discipulos habuit. Fratres ei duo : natu major Eunomus, medius Tyrrhenus. Servus Zamolxis, cui Getæ, ut Saturno, immolant. Uxorem duxit Theanonem, Brontini, Crotoniatæ, filiam, ex qua filios duos suscepit, Telaugem et Damonem, vel ut alii, Mnesarchum : filiam quoque, Mylam, sive, ut alii, Arignotem. Scripsit Pythagoras tres tantum libros, Παιδευτικὸν, Πολιτικὸν, et tertium, qui Lysidis Tarentini est potius, ejus discipuli, qui Thebis, quo fugerat, Epaminondam instituit. Quidam *aurea carmina* quoque illi tribuunt. (Plurima deinde de Pythagora ejusque morte, philosophia ac symbolis refert Suidas, qui etiam videndus in Ἥδη.)

Pytheas, Atheniensis, orator, milothri, sive pistrinarii filius, scripsit *Conciones et Orationes forenses* et alia quædam ; non adnumeratus autem est (decem) oratoribus, ut homo audax et dissolutus, qui Athenis ob æs alienum ex carcere effugit in Macedoniam, ac postea rediit.

Πυθιὰς βοή, vox cum cantu tibiæ conjuncta *Carmen Pythium*. Hinc πυθαύλης, quem vocant.

Πύθιον. Templum Apollinis, Athenis conditum, in quo tripodas ponebant choro Thargelia vicerant.

Python, Bysantinus, orator, qui, pulsus, in Macedoniam abiit, ibique proditionem impulit, etc. V. Kusteri pag. 237.

Q.

Quadratus, Romanus, historicus. Scripsit dialecto historiam Romanam libris inscripsit Χιλιετηρίδα, quod complectitur mille annorum a Roma condita ad imperatorem, Mammeæ F.

Quirinus, sophista, qui *Lingua* ταμιείου vocabatur, cujus cura ab imp. erat.

R

Rhadamanti judicium de iis quorum justitia. Rhadamanti jusjurandum, ὀμνύναι, et Lampon. Conf. Kusteri pag. 249.

Rhamnus de sapientibus clarisque. Rhamnus enim erat populus Atticæ, in quo floruit, orator celebris, quem multi miræ proverbium usui vitæ reliquerunt, ut Rhamnusii vocarentur. *Rhamnusia Nemesis* quam fecit Phidias et Erectheus matrimonio quæ Nemis vocabatur et illo in loco templum dicavit. Phidias Agoracrito, Pario, permisit nomen suum inscribere ; ut in basi to Jovis inscripsit Παντάρχης καλός. Pantarces, Argivus, formosus ipsius.

Ῥαριάς. Rharus Cererem, errantem nam quærentem, hospitio excepit, pro quo Ceres Triptolemum, Celei F, Rhari nep. culturam docuit, eique currum alatorum dedit, quo vectus terram peragravit, et agros homines docuit.

Rhapsodi dicebantur, qui carmina in theatris recitabant, quod ῥάβδους sive virgas tes hoc facerent. Est etiam ῥάψῳδῆσαι pro simpliciter loqui et recitare.

Rheginos Xenarchus, Sophronis mimogr. ut timidos in comœdiis suis perstrinxit, a Dionysio tyranno, ad hoc inductus. Unde proverbium tum est Ῥηγίνου δειλότερος, *Rheginо timidior*, qui supra modum timidi sunt.

Rheginus, grammaticus, scripsit *librum* qui catur *Polymnemon*.

Ῥηρίαρχος, qui oracula dicit, ut est apud charmum. Vel, ut Asclepiades libro sexto δουμένων, qui omnium optime noverat dicere.

Ῥήτωρ. Multis decretis cautum est, in ars oratoria adhiberetur, si quis sententiam de re, quæ ad privatam ipsius fortunam non tineret.

ı, Benæus, ex Bena, Cretæ urbe, vel, A
el, ut alii, ex Ithome Messenes civitate.
ım fuit palæstræ custos et servus: postea
ıstitutus grammaticus evasit, æqualis
nis. Scripsit Ἔμμετρα ποιήματα (16);
em libris XIV.

ou, Tarentinus, comicus, auctor hilaro-
, sive phlyacographiæ. Figuli filius, sub
› primo vixit. Fabulæ ejus tragicæ et
XXVIII. (Conf. Kuster p. 260, not. 8.)

Ephesius, medicus, qui cum Critone sub
floruit. Scripsit libros plurimos, ex quibus
« De ratione victus libri V; De victu navi-
n; De medicamentis vulnerum; De vul-
ne articulorum; De ficubus; De veteri
aa; De lacte; De vino; De melle. » B
ıs Rufus, tempore Scipionis vixit, in expe-
ıs bellicis ei comes, et res, tunc gestas,
nandavit, fuitque tunc temporis tribunus
ut Appianus in Romana Historia testatur.
ç Abderitica dialecto significat *figuram*.
æterea vocibus, non Græcis, Democritus,
es, usus est, ut τροπή dixit *situm*, et
, *ordinem*.

S

ius Bacchus dictus a clamore orgia cele-
m. Nam Barbaris σάζειν est σαβάζειν, et
appellant σαβασμόν. Etiam σάβοι loca,
consecrata, et Bacchi sacerdotes, Maaseas,
ısis, Sabazium ait esse Bacchi filium.
n Σάβοι.)

ius, sophista, qui vixit sub Adriano, Cæsare.
t Introductionem et argumentum materiæ
ationum libris IV, Commentarium in Thu-
n, Acusilaum et alios. Item alias quasdam
liones. (Frater ejus Sergius infra, Σέργιος.)

s, poeta tragicus; et Sacæ, gens Thracica.

ius, philosophus Alexandrinus, cognomento
ex Christiano factus est gentilis, ut ait Por-
s.

stius, sophista, scripsit commentarium in
ithenem, Herodotum et alia.

ıstius, Mopsucates, medicus, scripsit de medi-
sub Tiberio, imp.

ıstius, Basilidis, Syri et Theoclæ, Emesenæ,
enis Alexandriam cum Isidoro venit. Eloquen-
æceptis ab *Eunoio*, sophista, Emesæ tunc D
ate, eruditus, publicas Demosthenis orationes
s edidicit, et orationes scripsit non inferiores
lostrum quoque civem (Damascii verba sunt),
ıliam, Eunoii sodalem octo libros Historiæ
ydidis edidicisse aiebat, nihil tamen auditu
ım dicere potuisse. *Nonnum* etiam aiunt sexies
n Demosthenem edidicisse, sed tamen ne os
em aperire potuisse, ut aliquam orationem

commodam haberet. Salustius dicebat, philosophari hominibus non esse facile, sed potius impossibile, Heracliti more insectator vulgi et derisor salsus. Idem virtutem quintam vocabat veram opinionem de diis, quæ interdum inesse videtur etiam improbissimis. Philosophabatur cynico more, etc.

Salustius, præfectus prætorio sub Juliano, etc.

Σαμίων δῆμος πολυγράμματος dictus ab Aristophane in Babyloniis, vel, quod Samii, a tyrannis ad incitas redacti, ob civium penuriam servis jus civitatis ascripserunt, ut Aristoteles tradit in Samiorum rep., vel, quod apud Samios XXIV, litteræ primum inventæ a Calistrato, ut Andron in tripode ait. Archinus vero Athenæi F. archonte Euclide Atheniensibus persuasit, ut Ionum litteris uterentur. Aristophanes autem comœdiam *Babylonios* docuit per Callistratum annis (XX) ante Euclidem sub archonte, Eucle. De eo autem, qui rem istam Atheniensibus persuasit, scribit Theopompus. Alii causam asserunt, quod Athenienses Samios, in bello captos, stigmate noctuæ notarent, Samii vero Athenienses samæna, quod est navigium bireme a Polycrate, Samiorum tyranno, primum fabricatum, ut ait Lysimachus libro secundo Nostorum, sive De reditu.

Sanchoniathon, Tyrius, philosophus, qui belli Trojani tempore vixit scripsitque *De Hermetis Physiologia*, quæ (in linguam Græcam) translata est; *Antiqua Tyriorum instituta* lingua Phœnicum: *Theologiam Ægyptiacam*, et alia.

Sandon, Hellanici F., philosophus. Scripsit *Argumenta in Orpheum*, librum unum. C

Sannyrion, Atheniensis, comicus. Ejus dramata: Γέλως, Δανάη, Ἰώ, ψυχασταί, ut Athenæus in Dipnosophistis.

Sappho, Simonis filia, vel Eunomini (*al.* Eumeni) vel Eirigyi vel Ecryti, vel Semi, vel Camonis, vel Etarchi, vel denique Scamandronymi, patris, et Clides, matris. Lesbia, Ereso oriunda et lyrica. Vixit Olympiade XLII, quo tempore floruerunt Alcæus, Stesichorus Pittacus. Fratres ejus Larychus. Charaxus, Eurigius. Nupsit Cercolæ, ditissimo viro ex Andro, unde nata ipsi fuit filia, Clis. Amicæ fuerunt Atthis, Telesippa, Megara: discipulæ Anagora Milesia, Congyla Colophonia, Eunica Salamonia. Scripsit « Carminum lyricorum libros IX, » et prima plectrum invenit. Scripsit et « Epigrammata, « Elegias, Iambos, Monodias. »

Sappho, Lesbia, Mytilenæa, psaltria, de qua supra, in Phaon.

Sarapion, Ælius rhetor, Alexandrinus. Scripsit « De vitiis declamationum; Ἀκροάσεων, *sive* Auscul- « tationum libros VII; Panegyricum in Adrianum, « imp; Consultationes ad Alexandrinos; Rectene

i) Quod omnia poemata sint ἔμμετρα, Kuster, III, pag. 259, alterutrum vocabulum esse supervacaneum existimat. *Toup* vero in emendationis in Suidam, vol. II, pag. 135, melius corrigit ἑξαμέτρῳ οἰήματα. Sed criticum hic agere aut Toupii animadversiones repetere nec libet nec vacat. HARL.

« Plato Homerum e Rep. sua ablegarit, » et alia multa. Item « Artem oratoriam. »

Sarapion solum fere Orpheum habebat et legebat : subinde Isidorum de quæstionibus occurrentibus interrogans, virum summa theologiæ scientia instructum, quem solum familiarem noratet admittebat, nec ullum alium suarum facultatum, duorum aut trium librorum, inter quos erat Orphei poesis, dignum judicabat, putans se in illo perpexisse vitam illam Saturniam, poetarum fabulis celebratam. Nam ille quidem poetarum scriptis celebratus Chiron in Saturnii et Jovii regni confinio potius constitit, unde biformis esse traditur. Eodem tempore vir alius Alexandria venit, ex tota diametro, vel magis etiam, si sic dicere fas est, quam ex diametro a Serapione distans : nam hic quidem Saturnius aut Jovius fuit, ille vero Typhonius, et Typhone versutior bellua. Nullus enim eorum, qui nunc vivunt, hominum ignorat, quo animo et qua fortuna fuerit Pamprepius.

Σαράπους. Alcæus Pittacum vocavit Σαράποδα, χειροπόδην, γαύρικα, φύσκωνα, γάστρωνα, ζοφοδορπίδα et ἀγασύραστον. (Ex Laertii lib. I, c. 81.)

Scindapsus, instrumentum musicum. De Zenone, Citieo (Timon) : Ὁ δὲ ἔβρει γύργαθος αὐτοῦ μικρὸς ἰών· νοῦν δ' εἶχεν ἐλάσσοντα σκινδαψοῖο, « Mentem « habebat, minorem scindapso, » etc.

Σκίφη. Crantor, philosophus, poetæ cujusdam versus σκίφης plenos esse dixit.

Σκίρταλος. Diogenes, Sinopensis, jam senex, a *Scirtalo*, pirata captus est.

Σκληρᾶς ἀοιδοῦ δασμόν, tributum duræ vatis, Sphingis, hoc est difficile (apud Sophoclem Œdipo tyranno).

Σκολιά, *carmina convivalia*. Σκολιῶν Μελίτου, Καρικῶν αὐλημάτων. Melitus iste fuit poeta tragicus, qui Socratem accusavit. Perstringitur a comicis, ut poesi frigidus et moribus improbus præditus. *Carica* vero, carmina lyrica lugubria.

Σκολιόν, carmen paucorum versuum. Timocreon, Rhodius, poeta epicus (17), tale scolium contra divitias scripsit, cujus initium est, Ὄφελες ὦ τυφλὲ πλοῦτε, etc. « O cæcæ divitiæ, utinam nec in terra, « nec in mari, nec in continente unquam visæ fuisse- « tis, sed in Tartaro et Acheronte habitaretis ! vos « enim omnium malorum inter homines causa estis. » His simile est decretum, a Pericle scriptum, quo Megarenses foro, mari, continente arcebantur.

Σκολιόν. *Tyrannion* scripsit Commentarium de *metro obliquo* (Περὶ τοῦ σκολιοῦ μέτρου), quod ei propositum fuit a C. Cæsare.

Scopas, Ætolorum prætor, frustratus principatu, cujus maxime causa leges scribere ausus fuerat, Alexandriam cogitabat, ratus sese illius urbis opibus inopiam suam atque immensam [illegible] tatem facile expleturum. Sed erat insatia-

Scopelianus, Clazomenius, sophista, c. Nerva vixit et Smyrnæ eloquentiam doc[uit]. Nicetæ, æqualis Apollonii, Tyanensis, [illegible] etiam epistolas Apollonius scripsit.

Σκύθης. Anacharsis fuit Scytha, sed mat[re] natus, et ideo διγλωσσος duarum peritu[s] rum, qui Scythis leges tulit.

Scylax, Cariandensis, ex Carianda, Car[ia] tate, prope Halicarnassum, mathematicus. Scripsit periplum locorum extra [illegible] Herculis ; de Heraclide, Mylassorum re[gi] periodum ; Ἀντιγραφὴν adversas Polyb[ium] riam.

Scytale, epistola Laconica. Ligna erant lita et oblonga, quorum alterum Lacedæ[mo]ephori retinebant ; alterum tradebant du[ci] ab bellum emittebant, et quoties ei aliq[uid] dare volebant, albo loro lignum involve[bant] eo mandatum scribebant, deinde lorum re[scr]id tabellario tradebant asportandum. D. ἐν τοῖς Περὶ νομίμων, in opere *De moribus tutis* refert, feneratores dividere scytalas testibus præsentibus, et in utraque [illegible] contractum scribere, et alteram quidem testibus dare, alteram sibi reservare. [illegible] scytala et alio modo, ut Aristoteles in Mir[abilibus] rep. scribit.

Secundus, Atheniensis, sophista [illegible] vocatus est Plinius. Epirus (Ἤπ[ειρος]) *ligneus* vocabatur, ut fabri filius, fuit sophistæ, magister. Scripsit « Declam[ationes] « torias. »

Seleucus, Alexandrinus, *grammaticus* [illegible] natus Homericus, qui Romæ eloquen[tiæ] Scripsit Commentarios in *totum* poe[tam] « De synonymorum *differentia*. De iisque « duntur, De proverbiis apud Alexandrin[os] « De diis libros centum, » item alia Σύμμ[ικτα] *Miscellanea* [etiam *Glossas* aliaque, de quib[us] Kusteri, not. 6, tom. III, *pag.* 297.]

Seleucus, Emesenus, grammaticus, s[cr]. Ἀσπαλευτικὰ « Piscatoria, *versibus* hexametris « IV (19) ; In Lyricos Commentarium, Parthi[cis] « libros II. » Inveni et alium *Seleucum* his addi[tum] sed qui nullos scripserat libros.

Sellius sive Sillius, qui et *Homerus dictus* grammaticus ante Menandrum. (Supra in Hom[ero].)

Semus Eleus, grammaticus, scripsit « *Eliac[a]* « libros VIII, Periodos libris II, De Paro libros « De Pergamo librum I, de Pœanibus, *in quo* [illegible] genera musicorum recenset, auctocabalos, [illegible] phallos, phallophoros, etc. (Supra in Phallophoros, ubi *autocabdali* legitur, non *autocabali*.)

(17) Infra, apud Suidam rectius, *medicus*.

(18) De hac lectione v. Kusteri, not. 7, tom. III, pag. 295. HARL.

(19) At, notante Kustero l. c. id opus Athenæ[o] tribuit Seleuco Tarsensi. HARL.

s Ælius, Atheniensis, grammaticus, scri- A
itomen operis Philonis De urbibus et qui-
singulis clari fuerint, *libros III*; Epitomen
ntariorum Philoxeni in Homerum, » lib. I.
s Zeugmatensis, Aphthonii F. a causidicis,
ecti fuerunt, genus ducens, præfectus et
torio et consularis et patricius. Scripsit
um in sophistam Sabinum fratrem suum,
im librum pro causidicis *Adversus Ari-*

.ίσθαι, *falso se jactare*, dictum ab Æschi-
F., qui pauper divitem se falso jactabat.
ἔλλους *glorioso* vocant, et *gloriari* αλλίζειν.
anus, Damascenus, unus ex primarii ge-
ris, Auxentii Calliniei F., ortus ex Romanis,
xandriam incoluere. Poetica, oratoria et B
rilis Romani peritia instructus etiam in
phia instituendum se Proclo dare volebat,
r, qui patronum causarum malebat, id pro-
et. Sed patre defuncto, Athenas, ubi Pro-
it, profectus somniavit, montis cacumini,
m vehiculo, se insidere et montem ipsum
instar agitare. Illinc fato et voluntate ad
accedere et magistratum genere quam phi-
iam beatumque otium sectari maluit. Cum
in odium incidisset Ardaburii, magni illius
is F., multa ab illo passus est sanctissimus et
modum religionis Græcæ cultor. Isocrateas
orationes copiosiores et de rep. agentes mihi
avit, non artificioso illo et sophistico, sed
inti et philosophico more. Idem Julianum,
m meum (20) natu minorem sic ad eloquen- C
udium inflammavit, ut eum et poetas et ce-
s oratores ediscere juberet. Et alios quidem
s utcunque probabat, at Callimachum in
is sumens, Afrum hunc poetam nunquam non
it. Quin lectione ejus adeo offendebatur, inter-
ut librum ejus conspueret. Huic Zeno imp.
imam a se dignitatem pollicitus est, si Chri-
ius fieri vellet: et ipse nobis epistolam, polli-
iones illas continentem, sed nihil apud se
lcientem, recitavit. Arcadium etiam. Laris-
m, per epistolam objurgavit. Nam Severianus,
pistolis scribendis acer et cordatus erat.
everus, Σεβῆρος, sophista Romanus sub An-
mio, imp. fuit Alexandriam vero profectus in
philosophico vitam transegit, variorum libro- D
n copia abunde instructus. Viros autem doctrina
estantes, si quisquam alius, ad se facile pertra-
:e noverat.
Severus (imperator) nec humanarum nec divina-
n rerum quidquam impervestigatum ut relin-
eret, vel occultissima perscrutatus est. Et ideo
ros omnes, qui aliquid arcani habebant, et
oscunque reperire potuit, ex omnibus adytis

mutulit, et in Alexandri monumento conclusit, ut nec illius corpus quisquam amplius cerneret, nec res in illis scriptas legeret.

Severus, Σευῆρος. Hic post infelicem illum Eutychem exstitit, et cum Antiochiæ thronum malis artibus occupasset, Manentis et Apollinaris et Eutychis hæresim stabilire conabatur. Ex ecclesia itaque pulsus in Alexandrinos, populum levem, turbinis et procellæ instar incidit. Cum autem hic quoque alia procella ipsi et populo restasset, omnia confudit et perturbavit. Julianus enim quidam Halicarnassensis, Asiæ episcopus, eos dissipavit. Confer supra, in Juliano.

Sextus, Chæronensis, Plutarchi sororis filius, philosophus, qui fuit M. Antonini Cæsaris temporibus, Herodoti, Philadelphæ, discipulus sectæque Pyrrhoniæ addictus (21). Hic apud imperatorem in tanto honore erat, ut una cum eo jus diceret. Scripsit *Ethica*, itemque *Sceptica libris X*. Post Commodi mortem quidam se Sixtum dicere ausus est, facultatesque et dignitatem ejus sibi vindicare, qui a multis sæpe interrogatus scite respondit. Sed cum pertinax nonnulla ad eruditionem Græcam, cujus ille rudis erat, pertinentia ex eo quæreret, longe a scopo aberravit, cum, quid diceretur, ne intelligere quidem posset. Adeo natura quidem vultum ei similem habebat, cæterisque in rebus arte eum referebat, doctrina vero eadem excultus non erat.

Sextus, Afer (22), philosophus, scripsit *Sceptica* sive *Pyrrhonia libris X*.

Sibylla Delphica, quam etiam *Dianam* appellarunt. Vixit ante bellum Trojanum, scripsit oracula versibus.

Sibyllæ Chaldææ pater Berosus, mater Erymanthe.

Sibylla, Apollinis et Lamiæ F., vel Aristocratis et Hydoles, vel Crinagoræ, vel, ut Hermippus, Theodori, Erythræa, nata in loco Erithrarum, qui vocabatur Batti, nunc condita illic urbe, Erythræ. Quidam Siculam tradunt, alii Sardianam, Gergethiam, Rhodiam, Libyssam, Lucanam, vel Samiam denique. Fuit post captam urbem Trojam annis CCCCLXXXIII. Conscripsit libros istos: Περὶ παλμῶν *De palpitationibus*: Μέλη, *Carmina*; Χρησμούς, *Oracula*. Eadem etiam prima triquetrum genus lyræ fertur invenisse.

Sibylla, Helissa, scripsit versibus vaticinia et oracula.

Sibylla Colophonia, quæ vocata fuit *Lampusa*, a Calchante oriunda. Ipsa quoque scripsit vaticinia et oracula versibus, et alia.

Sibylla Thessala, dicta etiam *Manto*, quæ a Tiresia genus duxit.

Sibylla Phrygia, a quibusdam vocata *Sarbis*, ab

(20) Damascii verba sunt.

(21) Hunc Sextum, ἀδελφιδοῦς Πλουτάρχου a nida dictum, non eumdem esse (uti quidam opinabantur), cum Sexto Pyrrhonio sive Empirico, Kuster (tom. III, pag. 299), argumentis usus Jonsii, III, cap. 12, Histor. philosoph. late demonstravit. HARL.

(22) Hic est Sextus Empiricus. HARL.

aliis *Cassandra*, ab aliis *Taravandra*, et ipsa scripsit oracula.

Sibylla Cumana et Sibylla Thesprotica. Et hæ oracula scripserunt.

Sibylla Chaldæa, sive Hebræa aut Persica, proprio nomine *Sambethe*, a beatissimo Noe genus ducens. Hæc prædixit, quæ Alexandro Macedoni contigisse dicuntur, cujus meminit Nicanor, qui Vitam Alexandri scripsit. Eadem de Domino Christo ejusque adventu, Numinis instinctu, plurima prædixit. Cum hac et reliquæ Sibyllæ consentiunt, nisi ut hujus sint XXIV libri de quavis gente et regione prædictiones continentes. Quod autem versus ejus imperfecti et luxati inveniantur, non est ipsius vatis culpa, sed scribarum, qui vel orationis celeritatem scribendo assequi non potuerunt, vel etiam indocti et grammatices imperiti fuerunt. Cum afflatu enim et eorum quæ dicta erant, memoria simul desinebat. Et hæc causa est quare et versus imperfecti reperiantur, et sententia claudicans, sive sapientissimo Dei consilio hoc factum fuerit, ne a multis iisque indignis oracula ejus cognoscerentur, sive longum tempus, uti multorum aliorum, ita etiam hujus rei causa fuerit. Præterea et obscuritas eorum quæ a Sibylla dicebantur, et crebra librorum ejus descriptio, nihil mirum est si et sensus et metri confusionem pepererint.

Sibyllæ diversis et locis et temporibus fuerunt decem. Prima, Chaldæa, quæ et Persica, proprio nomine *Sambethe* dicta. Secunda, Libyca. Tertia, Delphica, Delphis nata. Quarta, Italica, quæ in Italiæ urbe, Cimmeria (nata est). Quinta, Erythrea, quæ ante bellum Trojanum vaticinata fuit. Sexta, Samia, proprio nomine *Phyto* dicta, de qua scripsit Eratosthenes. Septima, Cumana, quæ et *Amalthea*, et *Hierophile* dicta fuit. Octava, Hellespontia, nata in vico Marmisso, prope oppidulum Gergythium (quæ loca olim finibus regionis Trojanæ comprehensa (fuerunt), temporibus Solonis et Cyri. Nona, Phrygia. Decima, Tiburtia, Albunæa dicta. Aiunt autem, Sibyllam, Cumanam, novem oraculorum suorum libros attulisse ad Tarquinium Priscum, tunc Romanorum regem : quos cum ille repudiasset, duo ex illis cremasse. (Conf. tamen Lactant. De falsa relig. lib. 1, cap. 6, § 7 sqq.)

Sibylla vox est Romana, quam si interpreteris, *vatem* significat. Sibyllæ igitur, ut multi scripserunt, diversis locis et temporibus decem fuerunt. — Σιβυλλιᾷ, *oraculorum amore et desiderio tenetur*, vel *delirat* et vaticinari cupit ; vel *oracula somniat ;* vel *superbit*, etc.

Σιβύντιος sive Σιβύρτιος, Theodectæ Phaselitæ lector et servus, qui primus e servis, artem oratoriam professus est. Scripsit *Artem rhetoricam*.

Σιδηρείαν ψυχήν, *ferreum animum* sive *inexorabilem*. — Glaucus quidam, Samius, ferruminationem primus invenit ; et proverbium [illegible] iis quæ facile conficiuntur.

Silvanus, philosophus, qui cetera [illegible] erat et sanctus, sed moribus simplex.

Σιλλαίνει, « labiis distortis aliquem [illegible] « (μυλλίζει) inter deridendum oculos [illegible] enim est minus, vel falsum dictum [illegible] qui sillos scribit, dicitur sillographus.

Timon, Phliasius, philosophus Pyrrhonicus.

Simmias, Rhodius, grammaticus. Scripsit « rum libros III ; Variorum Poematum [illegible] Ab initio fuit Samius (23), postea [illegible] in insulam, Amorgum, migrarunt, [illegible] niæ illius dux a Samiis eo missus fuit, urbes in Amorgo condidit, Minoam, [illegible] Arcesimen. Vixit annos 406, post [illegible] num. Secundum quosdam primus [illegible] diversa alia. Item *Origines Samiorum*.

Simmias, Thebanus, philosophus, [illegible] cratis. Scripsit « De sapientia, De amicitia « tate, De musica, De eo quod optandum « giendum, De cura animæ, » item alia [illegible]

Simocattes, cognomen Theophylacti [illegible]

Simonides, Leoprepis F., Julietes, [illegible] insulæ, civitate, lyricus, Stesichoro [illegible] cognominatur *Melicertes* propter suav[illegible] artem memoriæ invenit, itemque litter[illegible] duplices et tertium sonum lyræ. *Vixit* [illegible] quamvis alii eum ad *Olymp.* LXII, [illegible] extendit usque ad Olympiadem LXII [illegible] ætatis LXXXIX, attigit. Dorica dial[illegible] « Cambysis et Darii » descripsit. Item « Xerxis, et Prælium navale ad Artemi[illegible] elegiacis ; *Prælium* item *ad Salamin*[illegible] licis. Ad hæc scripsit « Threnos, Enco[illegible] « mata, Pæanes, Tragœdias, » et alia. [illegible] quis alius, memoriæ pollebat : ei vero [illegible] Apollonius, qui ut plurimum quidem [illegible] vero mente versabat ; et cum centesim[illegible] annum ageret, memoriæ firmitate ipsos [illegible] dem superabat. Idem etiam *Hymnum in Mu*[illegible] canebat, in quo dicit omnia a tempore [illegible] ipsum vero tempus beneficio memoriæ [illegible] et immortale esse. Hic primus carmen [illegible] scripsisse dicitur. Habebat enim duas arcas [illegible] gratiarum vacuam, alteram (mercedis) plenam. [illegible] Ejus dictum : Ἀνάγκῃ οὐδὲ θεοὶ μάχονται, [illegible]

Simonides, Ceius, prioris ex filia nepos, [illegible] mine Melicertes, vixit ante bellum Peloponnesiacum. Scripsit « Genealogiam libros III, [illegible] « tionum libros III.

Simonides, Magnesius, Sipyli *P. poeta* [illegible] qui vixit temporibus Antiochi Magni Scripsit [illegible] res gestas, pugnamque cum Galatis, *in qua* [illegible] tus ejus per elephantos profligatus fuit.

Simonides, Carystius vel Eretriensis, *poeta* [illegible]

(23) Hæc non ad Simmiam sed ad Simonidem, iambographum antiquissimum, Amorginum, spectant. Confer Allatium, De Simeonibus, pag. [illegible] seq.

sit Græcorum conventum in Aulidem; A
um libros II, De Iphigenia unum.
des. Hic imp. Joviani temporibus vixit, et
ius clarissimus fuit.
des, Crinei F. Amorginus, iamborum
scripsit elegiarum libros II. Item iambos.
em ipse, annis 490, post bellum Trajanum.
n quosdam hic primum iambos scripsit.
ulo antea, de Simmia, Rhodio, dicta.)
, sophista, qui publicam pecuniam inter-
Simon et Theodorus et Cleonymus perjuri

icius, philosophus.
is Neapoli, urbe Palæstinæ, oriundus, so-
discipulus Andromachi, qui per aliquod
Athenis docuit, scripsit *Progymnasmata,*
mationes. B
ius, Novatianorum, episcopus, etc. (ex
, VI, 22 Hist. et alia de Sisinnio narratio
neno lib. VIII, cap. I.)
θης. In tabellis nomina eorum qui in jus
ur, inscribi solebant, *Aspasia et dominus,*
aritus ejus.
tes, Sophronisci, statuarii, et Phænaretes,
cis, F., primum statuarius fuit: aiunt enim
vestitas Athenis ejus fuisse opus. Deinde
phatus est, audito Anaxagora, Clazomenio,
Damone, hinc Archelao. Aristoxenus ait
n audivisse Archelaum, etc. Ingressus viri-
atem, ad Amphipolin et Potidæam militavit
lelium. Duas habuit uxores, Xanthippen, e
mprocles natus est, et Myrtonem, Aristidis
liam, ex qua Sophroniscus et Menedemus,
nexenus. Vixit tempore belli Peloponnesiaci,
dem natus Olympiade LXXVII. Vixit an-
XXX; obiitque imprudentia vel potius
ia Atheniensium, coactus bibere cicutam:
o *in Apollinem et Dianam* et *Æsopea Fabula*
alio scripto relicto, quam, ut quidam volunt,
ous scripta. Philosophos effecit: Platonem,
relicto Lyceo, traduxit scholam in suburbium,
Academia vocatur (ejusque sectatores Acade-
dicti usque ad Aristotelem. Is enim in quodam
o ante urbem sito ludum litterarium aperuit, et
οὗ κατ' αὐτὸν περιπάτου a *peripato* sive loco
nbulationis, qui in illo horto erat, suos disci-
os vocabit Peripateticos); Aristippum item, Cy- D
num, auctorem scholæ sectæque Cyrenaicæ;
edonem, Eleum, a quo secta Eliaca, postea a
iedemo, Eretriæ docente, dicta Eretrica. — Ex
Pyrrho prodiit: Antisthenem, qui Cynicam
tam condidit; Euclidem, Megarensem, a quo
garica, quæ eadem a Clinomacho, Euclidis di-
pulo, dicta Dialectica; Xenophontem, Grylli F.,
chinem, Lysaniam, Sphettium; Cebetem, The-
num; Glaucum, Atheniensem; Brysonem. Hera-
otam, qui contentiosam dialecticam introduxit
a cum Eucline, Clinomachus auxit: cumque
ltos sectatores habuisset, desiit in Zenone,

Citieo, qui Stoicam scholam instituit, vixitque Olympiade CXXV. Alii Brysonem non Socratis, sed Euclidis auditorem scribunt fuisse. Brysonem audivit Pyrrho, a quo Pyrrhonii. — Præterea discipulos habuit Socrates: Alcibiadem, Critobulum, Xenomedem, Apollodorum, Critiam, Athenienses; tum Critonem, Simonem, Eumarem Phliasium; Simmiam, Thebanum; Terpsionem, Megaricum; Evenum, Chærephontem. Theodorus etiam, cognomento Atheus, Socratem audivit, docensque omnia esse indifferentia, sectam Theodoream instituit. Eam philosophiæ partem, quæ est de moribus et virtutibus, præcipue coluit Socrates, et jam senex cithara ludere didicit apud Cononem, et derisus a quibusdam dixit illud Solonis: Ὀψιμαθὴς μᾶλλον ἢ ἀμαθὴς *Præstat sero, quam nunquam discere.* Hic dæmonium quoddam secum familiariter colloqui dicebat. Primus Aristophanes Nubibus scriptis ipsum perstrinxit, ut corrumpentem juvenes, et atheum ipsum vocavit, quod per canem et platanum juraret. Postea Anytus et Melitus eum accusarunt et reum peregere. In æstimatione vero pœnæ Socrates se meruisse dixit, ut victus in Prytaneo publice sibi præberetur. Illi vero capitis eum condemnarunt. In vinculis diu fuit, donec navis sacra, Θεωρὶς, Delo rediret. Critone suadente fugam noluit fugere dixitque leges non oportere violari. Hausta hinc circuta voti recordatus, *Immolate*, inquit, *Æsculapio.* Quidam, Cyrsas nomine, genere Chius, Athenas venit cum Socrate conversaturus, cui dormienti juxta sepulcrum Socratis, in somnis ille visus est et cum eo collocutus. — Socrates ab Aristophane Melius vocatur, id est atheus, quia Diagoras, Melius, infamis erat ut deorum osor et hostis. Diagoras ille initio pius erat, postea deposito fraudatus, ad impietatem prolapsus est et deos esse negavit. Quare Athenienses indignati Melium malis affecerunt. — Fuit et Aristagoras, Melius poeta dithyrambicus, qui quod mysteria Eleusinia evulgasset, valde impius judicatus est. Ab illo tempore comici Melios ut impios perstrinxere. C

Solon, Execestidæ F., Atheniensis, philosophus, legislator et demagogus, qui vixit Olympiade XLVII, vel LVI. Insidiis petitus a Pisistrato, tyranno, in Ciciliam secessit, et urbem condidit, quam de suo nomine Solos vocavit. Alii Solos etiam in Cypro nomen ab illo accpisse aiunt, et ipsum in Cypro decessisse. Scripsit *Leges* Atheniensibus, quas vocant *Axonas*, quod in *axibus* ligneis essent scriptæ; item Poema elegiacum, quod *Salamis* inscribitur; *Præcepta morum*, itidem versibus elegiacis, et alia. Fuit unus illorum qui VII sapientes dicuntur. Ejus est: *Ne quid nimis*, et: *Nosce te ipsum.* Precibus amicorum ære oppressorum victus, tabulas veterum debitorum abolevit. Ejus consilium et astus adversus Cirrhæos. (Ex Pausaniæ Phoeicis, p. 684.)

Sopater, Apamensis, sophista et philosophus, discipulus Iamblichi, interfectus a Constantio

Idem factum vanoribus, se non amplius religiosi A *sentiorum addictum esse*; ante enim familiariter eo *nem fecerat. Scripsit De Providentia, itemque De iis qui immerito sunt felices vel infelices. Constantinus Sopatrum dum interemit, non recte fecit; nemo enim coactus fit bonus, sed ex amore.*

Sopater, comicus. Ex fabulis ejus sunt Ἰσοδίκαιος, Φανολόγος, Σίνις ἢ Ἐνδία, Βάκχαι, Βίδαι, Ὑδριστής, Φιδ[ί]ας, ut Athenæus in Dipnosophistis.

Sopater, Parodus quem a comico male distinguit Suidas, cujus drama βάκχη; Athenæo memoratur. V. Stanlei, ad *Æschyli Coeph.* v. 294.

Sopater, Apameensis, vel potius Alexandrinus, sophista. Scripsit plurimorum librorum *Epitomas*. Quidam etiam Ἐκλογὴν τῶν ἱστορῶν, *excerpta historica* de quibus Photius cod. CLXI, hujus esse aiunt.

Sophilus Sicyonius aut Thebanus, comicus mediæ comœdiæ. Ejus fabulæ sunt Κιθαρῳδὸς, Φίλεργος, Τυνδάρεως ἢ Λύδα, et Δηλία, ut ait Athenæus. Item Χορίδιον, Παρασταθέντες.

Sophistæ vocabant omnes, quotquot litteris eruditi erant: etiam σοφὸν musicam, et sophistas musices peritos, etiam tibicines. Plato, comicus, in sophistis Bachylidem poetam, Opuntium sophistam appellat. Aristophanes hoc nomen tribuit artis cujuscunque peritis. Deinde sophista est ille, qui ex falsa ostentatione sapientiæ quæstum facere novit.

Sophocles, Sophili Colonæi F., Atheniensis, tragicus, natus Olymp. LXXIII, ita ut annis XVII Socrate antiquior sit. Hic primus tribus histrionibus usus est et tritagonista sive tertiarum partium actore. Primum etiam chorum quindecim juvenum introduxit, cum antea duodecim tantum essent. Idem dictus apis, propter orationis suavitatem: primum etiam singulis fabulis certare cœpit, non tetralogia. Scripsit Elegiam et Pæanas et Orationem de choro, de quo cum Thespide et Chœrito contendebat. Filii ejus fuere Jophon, Leosthenes, Ariston, Stephanus, Meneclides. Obiit post Euripidem, cum esset annorum XC. Docuit fabulas CXXIII, vel etiam multo plures, ut tradunt alii. Vicit vicies quater. (Conf. Kusteri notas tom. III, pag. 349 sqq.)

Sophocles, Aristonis F., senioris Sophoclis nepos Atheniensis, tragicus, qui docuit dramata XL, vel ut alii, XI. Vicit septies. Idem et elegias scripsit. Apollonius (Tyaneus) castitate Sophoclem superavit, qui senex demum amores tanquam furiosum et sævum dominum effugisse se dicebat. Apollonium libidinis ne Euphrates quidem arguit, quamvis falsas litteras adversus eum commentus sit, inimicus illi, quod Euphratem, pecuniæ causa facientem omnia, deridens monuisset, ne pergeret σοφίαν καπηλεύειν, *cauponari sapientiam.*

Sophocles, Atheniensis, tragicus, antiquo illo Sophocle genus ducens pleiadem tragicorum. Fabulæ ejus sunt

Σοφὸς incantator, incantationem per... LXIII, 3. Oracalum:

Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος ἢ Μοῦσ[α]
Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σικελὸς ἐστὶ σοφώτ...

Sophron, Syracusanus. Agathocles [fi]lius, F. qui vixit temporibus Xerxis et Scripsit *Mimos* viriles et *Mimos* mulie[bres] soluta et dialecto Dorica, quos Platonem, semper lectitasse ferunt, ador[mi]etiam iis indormiret.

Sophron, comicus (male tanquam B priore Suidas commemorat; Ex hujus καφεῖα, teste Athenæo in Dipnosophis[tis].

Soranus, Menandri et Phœbes F., Ephesius, medicus, qui Alexandriæ commoratus est artem medicam exercuit sub Trajano et Hadriano impp. librosque plurimos et pulcherrimos reliquit.

Soranus, Ephesius, medicus junior, q[ui] « De morbis muliebribus libros IV; Medi[cinæ] « et sectas et opera libris X, » et alia dedi[cavit]. piodotus, philosophus, artis medicæ peritissimus recentiorum medicorum magni hic[ci] Jacobum; ex antiquioribus vero post Hi[ppocratem] Soranum Cilicem, cognomento Mallo[tum].

Σωσάννα. Contra Sextum Africanum C Origenes, ejusque argumenta refe[llit] librum Susannæ impugnavit.

Sosibius, Laco, grammaticus, qui [Ἀ]κιλωτικοὶ (24) vocantur. (Scripsit [de] bus et hoc tradit, esse quoddam cu[m] quop Dicelistarum et Mimelorum [et] Μιμηλῶν proprium fit. De Mimis [ad]nia, Περὶ τῶν Μιμηλῶν ἐν Δακωνικῇ [ἀρ]παλαιῶν, et alia.

Sosiphanes, Sosiclis F., tragicus, doce[bat] LXXIII, vicit septies. Est et ipse ex [nu]qui Pleias sunt appellati. Vixit *sub* extremis [Alexandro] Philippi vel Alexandri Macedonis. Obiit [Olym]CXI vel CXIV.

Sositheus, Syracusanus aut Atheniensis, [tra]tius Alexandrinus ex Alexandri *Troica*, [tra]pleiade, æmulus Homeri, tragici, filii Myrtæ, [Syra]tinæ, qui floruit Olympiade CLXIV, *Scripsit* [dra]mata et alia prosa oratione.

Sotades, Byzantinus, philosophus, ut *tradit* [Dio]stocles libro VI de philosophia.

Sotades, Atheniensis, comicus mediæ [com]diæ.

Sotades, Cretensis, Maronita, δαιμονισθεὶς καὶ [ἐπὶ] *monio vexatus*, iamborum scriptor. Scripsit φύσε[ις] *augas* sive κιναίδους, Ionica lingua, unde [hos]

(24) Qui difficiles quæstiones propositas dissolvunt.

abantur. Hoc poematis genere usi sunt A
ınder Ætolus, Pyrrhus Milesius, Theo-
›charidas et Xenarchus. Sunt ejus car-
ma, veluti « Ad inferos descensus;
In Belostichen; Amazon » et alia. Item
ıı et Παραυλτρούμενος, ut ait Athenæus
phistis (25).

Atheniensis, philosophus, qui *Librum*
: scripsit.

ıs, Asites (26), heroicus poeta, qui fuit
:iano. Scripsit « Encomium Diocletiani:
ı *sive* Bacchica libris IV; De Panthea Ba-
De Ariadne; Vitam Apollonii Tyanei;
n *sive* Alexandriacum.» Est autem Alexan-
›nis Historia, cum Thebas cepit. Item alia.
s, grammaticus, maritus Pamphilæ (supra B
la, Socratidas), cui etiam historias attri-
›sit « Orthographiam; Quæstiones Home-
'ommentarium in Menandrum; De me-
: comœdia; In Euripidem. »
ıs, Epidaurius, pater Pamphilæ, cui li-
Commentariorum inscripsit, ut ait Dio-
›ro XXX Historiæ musicæ.
›pus, Eurymedontis F. Platonis ex sorore,
ıepos, auditor et in Academia successor.
mpiade CVIII, Scripsit plurima, præcipue
hica. Fuit ingenio austero, maximeque
'.

. *Pila* lusit Aristonicus Carystius, Ale-
:egis, in ludo pilæ collusor. Pilæ inven-
Alcioni filiæ, attribuit. C

δες, « caprarum et ovium excrementa. »
: poeta fuit, cujus filios parvæ staturæ Aris-
ɔ perstringit, ut ὄρτυγας οἰκογενεῖς, γυλιαύ-
χηστὰς, ναννοφυεῖς, σφυράδων ἀποκνίσματα,
ἰφας, etc. *Xenocles,* Carcini filius, multas
insolitas machinas ad percellendos specta-
ı fabulis suis introduxisse dicitur, Plato
ἰκαμήχανον appellat. Deos enim ascendentes
:ndentes imitabatur.

harus, Heracleotes, poeta tragicus, cujus
sunt Περικαιόμενος, Ἡρακλῆς, Σεμέλη κεραυ-
ı. Hinc ut Barbarus et Phryx a comicis per-
:ur.

alus, medicus apud Athenienses. Aristo-
:: Ἄπελθε πρὸς τοῦ Σπιττάλου, « Abi ad Spit-
a. Tu vero guttam pacis unam instilla mihi »
mum istum æreum aut argenteum, quales
l medici.

ridon, Trimithuntis, in Cypro civitatis, epi-
ɔ multa mira fecit et concilio Nicæno inter-
Confer Socratem, lib. I Hist. c. 12).

Στάσιμον, genus carminis, quod saltores stantes canebant.

Σταυρός. In septentrionali parte fori collocata est crux, instar illius, quam Constantinus magnus in cœlo vidit, auro obducta, habensque in apicibus rotunda mala. Ibidem filiorum ejus statuæ auratæ conspiciebantur. Sub Theodosio magno, imp. cum gentilium templa everterentur, in Serapidis templo inventæ sunt hieroglyphicæ litteræ, crucis figuram habentes. Quas cum illi, qui ex gentilibus Christiani facti fuerant, conspexissent, dixerunt, *Crucem* apud litterarum hieroglyphicarum peritos significare vitam futuram.

Stesichorus, Euphorbi vel Euphemi, vel Euclidis, vel Hesiodi F., ex Himera, urbe Siciliæ, Himeræus. Alii Matauria, Italiæ civitate, ortum tradunt. Alii Pallantio. Arcadiæ urbe, profugum, Catanam migrasse ibique obiisse et sepultum ante portam, quæ ab eo Stesichorea dicta fuerit. Junior Alemane, lyrico, natus est Olympiade XXXVII. Olympiade LVI. Fratrem habuit Mamertinum, geometriæ peritum, et Helianaetem, legislatorem. Fuit autem lyricus, ejusque *Poemata,* Dorica dialecto scripta, sunt *libris XXVI.* Dicitur scripta *vituperatione Helenæ* visum amisisse, deinde in somnis monitus, propter *palimodiam* visum recepisse. Cum primum *Tisias* vocaretur, accepit nomen *Stesichori,* διὰ τὸ στῆναι χορὸν, quod primus chorum instituerit, cum cantu citharæ conjunctum.

Stilpo, Megarensis, philosophus, qui fuit sub Ptolemæo primo discipulus pasiclis, Thebani, qui audierat fratrem, Cratetem, et Dioclidem, Megarensem; is vero Euclidem, discipulum Platonis. Præfuit Megaricæ scholæ, et dialogos scripsit non pauciores viginti.

Στοὰ, *porticus,* in qua Stoici, Στωϊκοὶ, qui antea Zenonii, Athenis docebant. Hæc appellabatur antea πεισιανάκτειος, deinde a Polygnoti pictura dicta est ποικίλη. In illa inambulans Zeno, Citieus, disserebat. Sub XXX tyrannis autem mille quadringenti cives ibi interfecti sunt.

Strabo, Amasenus, philosophus et geographus, (Infra, Strato.)

Strato, comicus mediæ comœdiæ. Ex ejus jabulis erat φοῖνιξ.

Strato, Lampsacenus, philosophus, Theophrasti discipulus et successor, filius Arcesitai vel Arcesii, cognomine Physicus, quod præ cæteris omnibus physicæ contemplationi deditus esset; magister Ptolemæi Philadelphi, multos libros scripsit.

Strato, Amasenus, philosophus, qui vixit sub Tiberio, Cæsare. Scripsit geographiæ libros VII. (Imo Strabo, libros XVII.)

Strattis, Atheniensis, tragicus. Ejus fabulæ sunt:

Male (ait *Kuster* ad h, I. tom. III, p. 357. ɔnim, Ἐγκλειομ. et Παραλυτρ. pertinent ad em, comicum, ut expresse docet Athenæus, II, p. 293, et lib. IX, p. 368. Conf. supra, ɔ pag. 495, sq. HARL.

(26) Rectius Oasiteɔ, ortus ex urbe Ὄασις, quæ vulgo dicebatur, Ὕασις, Lydiæ. V. Steph. Byzant. v. Ὕασις, et Küster ad Suid. III, pag. 357. HARL.

Ἀντιφανόδοτος, Ἀνατόκιος, Ἀρβαὶ sive Ἀρραβαῖοι ἱστορικοί. Τερτύλλος, Καλλιτέβης, Κυπρίας, Ἀρμιναῖος, Μανεθώς, Μῆδος, Τρωΐλος, Φοίνικος, Φυσικοί, Χρησμοί, Ψαφωνοί, ut testis Athenaeus in Deipnosophistis.

Symmachus, tyrannus, qui celeberrimum illud monasterium [illegible] condidit. Fuit olim Ecclesia Catholicorum, postea mutatum est in monasterium. Idem Symmachus princeps eidem archangelo, Michaelis, Nicolae, consulit, a quem et versus heroum feruntur:

Σύμμαχος ἔκτισα νῆσον ἐλαίφατον, περιαλίπτος δὲ
ἐκ πόντου, εἴσατο κῶμα, λίθων ἐπιμηκέα βάθρον.

Suetonius Tranquillus. Lectus Tranquillus, grammaticus Romanus.

Sulpicianus, sophista, genere Isaurus, Lachiaris Leontinus successor, qui annos amplius triginta natus demum negotii aliquorum libros legere et ad eloquentiae laudem animum adjicere, tamen labore magistri et studio etiam, quibus se ipse in balneis puerilibus et exercitationibus quae a pueris magistri exigunt. Itaque in brevi Athenarum urbe evasit sophista, Lachare prorsus non multo inferior. Nam scio, et Lacharen eloquentem factum diligentia magis, quam natura. Ejus enim orationes legi, e quibus valde mediocris mihi, sed ingenii tardioris visus est. Efficere quippe apte referendi rerum, ad studia quidem satis idoneum, sed vitam gubernare et tali, qui virtutem persequeretur, et humanus erat, qui philosophus potius quam sophista vocaretur. Nam alioqui Lachares vir fuit bene charus, qui visum amissum etiam C [illegible] recepit. Ex Damascio.

Syracusia apophthegmata, apud Epicharmum. Syracusia fabulae, id est Aesopicae. Et proverbium: Syracusia per plateam, in eos qui superbo gradu incedunt; Sybaritae luxuriosi, praecipue ille Mindyrides, etc.

Συγχρονίζειν, *ad aliquem accedere*, hoc est, *familiariter cum aliquo versari*. Zenoni, Citieo, eranti cum consuleret, quo pacto beatam vitam degere posset: deus respondit: Εἰ συγχρονίζοις τοῖς νεκροῖς. Si *familiariter cum mortuis versaretur*, id est cum scriptis et libris antiquorum.

Symeon, mirabilis ille vir, qui vulgo dicitur Stylites. De hoc cum Aegypti monachi audivissent eum in columna stare, rem insolitam damnantes ipse eum primus hoc fecerat, eum ex coetu suo exclusere. Postea vero, cognita viri illius vita et animi modestia, rursus eum in coetum suum receperunt. Ad hunc Marcianus imp. hominis privati habitu venit.

Σὺ δὲ θεοῦ ἀείσεις. Hoc Rhapsodi accinere solebant ut admonerent. Ἀλλ' ἄνεχ, χαῖρε. Haec enim vox communis apud veteres poetas obvia.

Synesius, Pentapoli Thebaidis, quae in Libya sita

A est, scripsit philosophi nemini ordine sacrorum Scriptorum libros: mysticos et philosophicos tres: gymnasticos, et Orationes panegyricas et gratulatorias. Item Encomium calvitii, admirabilem de Providentia, grammatico; aliosque plurimos et [illegible] praeterea Epistolas, quae quam magni pretio habentur.

Συνεσιάδης Graecus [illegible] multos libros conscripsisse [illegible].

Σύρα, Syra Dea apud Lucianum.

Syrianus, Alexandrinus, philosophus, Neoplatonicus, Proclo antecessori suo, qui fuit ipsius successor. Scripsit [illegible] rum *Commentarorum* libri VI. [illegible] libros IV; *In Orphei Theologiam* [illegible] chum, Εἰς τὰ Ἡσιόδου περὶ τῶν ἐπ de diis Homericis; *Commentarium* [illegible] *et Platonis*; *De oraculis*, libros I. [illegible] enarrationes. Isidorus, praeceptor ejus, dicebat, omnia veterum scripta accurate non desinebat; sed post Platonem, Jamblichi amicis ac comitibus [illegible] dabat, quorum optimum esse [illegible] suum Syrianum, Procli magistrum. [illegible] quod quidem ad veram scientiam [illegible] neat, contemnendum esse censebat.

T

Τάβλα *tabula*. Nomen lusus, cui magna cum sapientia invenit, ut esset haberet, quo tempus *falleret*. In hoc mundus terrestris. Duodecim [illegible] circulus zodiacus. Fritillus *et* in eo [illegible] septem stellae planetarum; turricula cœli, ex quo multa bona *et mala* [illegible] duntur.

Τὰ δ' ἐκ τρίποδος,. *ex tripode dicta* rissimus. Cum Aristoclea, quae erat Py[illegible] buisse frater dicitur, et *oracula* quae eam edidisset, ut vera adnotasse [illegible] Tyraneo, Philostratus: Non erat copiosa neque ironice loquentem *quisquam* ex coram auditoribus se jactantem, sed [illegible] *tripode, novi* aiebat, et videtur mihi.

Τὰ ἐκ Τριπόδος,. Apollo vaticinans utitur D propter tria rerum tempora. *Homerus*, (Ἰλ τά τ' ἐόντα τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα (Iliad. *praesentia et futura et praeterita*. Apollini tripos cessit, a piscatoribus oblatus primum vi subr sed, cum hi illum repudiarent, datus *fuit A* velut sapientissimo, cui dare oraculum jus

Τὰ ἐκτὸς ἁμαξῶν σώμματα, *Ex plaustris* [illegible] *ria*. Athenis in festo Choum, qui comessatum [illegible] plaustris vel obvios dicteriis et convitiis insec

(27) Vide Suidam, cum Origenes auctore Epiphanio, Συνεκτικός, tum Συνεκτήριος vocatus fuisset, monet Küster ad h. l. tom. III, p. 408. Harl.

(28) Videtur Suidas male scripsisse Σύρα pro Σάρα, *Sacra*.

m in Lenæis postea faciebant. Mulieres
ım, plaustro vectæ, cum Eleusinem
agna mysteria, in via se mutuis convi-
ıbantur. Alexandrini olim animarum
m faciebant. Certis enim diebus homines
ɔcti, quibus hoc ipsum munus manda-
ɔer totam urbem ibant, et stantes, ubi
ad domum subsistentes, ubicunque pla-
plaustro loquebantur, non falsa convicia
sed vera crimina exprobrantes, etc.
ɔσκίνου, *ad cribrum dicta*, de illis, qui
m et tripodem aut aurum vaticinantur.
άκου, supra, Nannacus.
ɔ, supra Isæus.
ων. Supra, Σαμίων.
ıs. Hic sub Juliano Parabate martyrio
a cum Theodulo), ut narrat Suid. in

άγος, Bacchus, quod illis qui dithyrambo
bos præmio daretur. Alii Aristarchum
nt, putantem, taurum illis fuisse præmium.
anes Cratinum dixit ταυροφάγον, vel ut
um, vel ut vini amantem, adeoque Bac-
el quod mater Cratini sacris Bacchi μυσχο-
ɔset tnitiata, etc.
ıs, Berytius, philosophus Platonicus, qui
Antonino Pio. Scripsit « De differentia
ıtum Platonis et Aristotelis ; De corporibus
orporeis rebus, » et alia plurima.
ıges (genitivo Τηλαυγοῦς), Samius, Pytha-
agni filius et discipulus, magister Empedo-
ipsit *De Tetracty*, sive *Quaternione libros IV*.
onus primus artem divinandi invenit, e. g.
cto mustela vel serpens apparuerit, hoc vel
gnificat. Supra, in Οἰωνιστική.
ɔhus, Pergamenus, grammaticus, scripsit
res grammaticum scire oporteat ; De figu-
hetoricis apud Homerum libros II ; De ser-
is Attici constructione libros V ; De Homerica
orica ; De Homeri et Platonis consensu ;
iæ eruditionis ποικίλης φιλομαθίας libros II ;
gicorum et comicorum Vitas. Βιβλιακῆς
ıτορίας, De notitia librorum libros III, » in
ıs docet, qui libri sunt comparatu digni. Item
merum solum ex antiquis puro sermone Græ-
uti ; Descriptionem Pergami ; De Augustali
gameno libros II ; De dicasteriis Atheniensium ;
Atheniensium legibus et moribus ; De Pergami
ɔibus libros V ; De usu, » sive de nominibus ves-
, et aliarum rerum, quibus utimur. « ordine
phabetico ; De Ulyssis errore ; Ocytocion, *sive*
llectio epithetorum, eidem rei convenientium,
expeditam dictionis copiam parandam, libris X. »
ɔlesilla, poetria. Huic statua posita est, ad
ıs pedes libri jacent, galea vero capiti ejus im-
ita est. Nam cum Lacedæmonii, interfectis iis
in templum confugerant, Argivorum ad urbem
ɔendam irent, Telesilla mulieres armavit et ho-
ɔus obviam processit. Quod conspicati Lacedæ-

A monii retrocesserunt, turpe ducentes cum mulieribus pugnare. Sic completum est oraculum, etc.

Telestes, comicus. Hujus dramata Ἀργὼ et Ἀσκληπιός, ut testatur Athenæus, XIV Dipnosoph.

De Telmessia vulpe rerum Thebanarum scriptores copiose tradiderunt, ut Aristodemus, etc. Fabula desumpta ex Cyclo epico.

Telmissus, urbs Lyciæ, a Telmisso, filio Apollinis et unius filiarum Antenoris, quam prodigiorum interpretem τερατοσκόπον fecit, ut auctor Dionysius ἐν Κτίσεσι sive *Originibus*.

Τέλος. Solon, præsentem Crœsi fortunam contemnens, jussit eum totius vitæ finem exspectare, etc.

Aristo, Chius, τέλος, *finem*, esse dixit, indifferenter se habere ad ea quæ inter virtutem et vitium B media sunt, nec vel minimum in alterutram partem ab hisce moveri ; sed in omnibus rebus æquali esse animo. Sapientem enim similem esse ἀγαθῷ ὑποκριτῇ, idoneam personam in scena agenti.

Terpander, Arnæus, aut vero ex Lesbi civitate, Antissa, vel Cumanus. Alii ab Hesiodo, ab Homero alii genus eum aiunt duxisse, fuisseque filium Boei, qui filius Phocei, nepos Euryphontis, Homeri pronepos exstiterit. Lyricus ille lyram primus septem chordis instruxit, et *lyricos nomos* primus scripsit, quamvis quidam ad Philammonem hoc referunt.

Tetractys. Pythagorei omnem numerum vocabant quaternionem. Omnis enim numerus completur denario ; denarius vero ex quaternis componitur. Magni etiam faciebant quaternarium ob quaternas C lunæ formas, etc.

Tetralogia. Secundum tragicam tetralogiam Plato dialogos edidit. Tragici enim quaternis fabulis certabant, Dionysiis, Lenæis, Parthenæis, Chytris, quarum quarta erat satyrica. Dialogi Platonis omnes LVI, in singulis inscriptio duplex, una a nomine, altera a re. In tetralogia prima familiam ducit Eutyphron, sive de sanctitate, dialogus πειραστικός, sive explorandi causa institutus. Secundus, Apologia Socratis, qui est moralis. Tertius, Criton, sive de eo quod est faciendum, itidem moralis. Quartus, Phædon, sive de anima, qui et ipse moralis est. De secunda tetralogia et sequentibus habetur in libro Diogenis Laertii *De vitis philosophorum*.

D Tetrametri carminis inventor fuit Aristophanes poeta.

Teucer, Cyzicenus, qui scripsit « De aurifera terra ; De Byzantio ; Mithridaticarum rerum libros V ; « De Tyro libros V ; De rebus Arabicis libros V ; « Judaicam Historiam libris VI ; Adolescentum « Cyzicenorum Exercitationem libris III, » et alia.

Thales, Examii et Cleobulinæ F. Milesius, vel, ut Herodoto videtur, Phœnix, natus ante Crœsum olymp. XXXV, secundum Phlegontem vero jam claruit olympiade VII. Versibus hexametris scripsit *De meteoris ; De æquinoctio*, et alia multa. Obiit senex, a turba elisus et æstu resolutus cum gym-

cum certamen spectaret. Primus sapiens appellatus est, et primus animam dixit immortalem, et eclipses et æquinoctia deprehendit. Apophtegmata ejus sunt plurima, ut celebratum illud: *Nosce teipsum*. Nam illud: *Sponde, et præsto est noxa*, Chilonis est potius, qui illud sibi vindicavit, itemque illud: *Ne quid nimis*. Thales, philosophus physicus, eclipsin prædixit sub Dario (Medo sive Astyage. V. Kusteri not. 2, tom. II, pag. 163). Aristophanes Thaletem vocat ἄνθρωπον ἄκρον τὴν ἀστρονομίαν. Θάλης habet Θάλητος, at Θαλὴς, Θαλοῦ. Dicitur et Θαλέας ut Ἑρμέας.

Thaletas (29), Cretensis aut Illyrius, lyricus, antiquior Homero. scripsit carmina.

Thaletas, Cnossius rhapsodus, scripsit poemata quædam mythica.

Thamyris, vel Thamyras, Thrax, ex Hedonis, urbe Brincorum, Philammonis et Arsinoes F. epicus ante Homerum octavus, secundum alios quintus. Alii Odrysium fuisse dicunt. Hic Thamyris, quod Musas contumelia affecisset, ab illis excæcatus est. Exstat (30) ejus *Theologia* versibus fere ter mille hexametris comprehensa. Primus puerum adamavit Hymenæum. Calliopes et Magnetis F. Alii Rhadamanthum aiunt adamatum a Tallone, Cretensi, vel Chrysippum, Pelopis F. a Laio. Alii Italos primos hoc ob militiæ necessitatem invenisse. Sed primus Jupiter Ganymedem adamavit. Proverbium: *Thamyris insanit*, de iis qui industria et certo consilio quædam stulte facere videntur, in Ἄμυρις.

Theætetus. Atheniensis, astrologus, philosophus, discipulus Socratis, docuit Heracleæ. Primus scripsit de quinque corporibus solidis (31) τὰ πέντε καλούμενα στερεά, vixitque post bellum Peloponnesiacum.

Theætetus, ex Heraclea Pontica, auditor Platonis.

Theagenes, archon Atheniensium, multum pecuniæ in doctores et medicos et alia patriæ commoda impendit. Eum Marinus, dignam philosopho gravitatem retinens, observabat, colebat, et palam præstolabatur et domum deducebat et convenientem honorem ei habebat, qualis viro principi urbis et fortasse totius reip Romanæ debebatur, erat enim unus ex Romanis patribus et senatus Palatini primus, etc.

Theaginis et Æschinis opes: de pauperibus, qui se divites jactant. Sunt et alii duo Theagenes unus, qui de Homero scripsit, et alter, qui propter mollitiam vitæ deridebatur. Vocatus est καπνός, fumus, quia, cum multa pollicere [illegible] præstabat. Idem timidus, et Hecates simulacrum habebat, quod consulebat quocunque iret. Inde proverbium: *Theagenis Hecatæum*. De Æschine supra in Σεσελλίσθαι.

Theano, Metapontina, vel Thuria, Pythagorea, filia Leophronis, uxor Carysti, vel Crotonis, vel

A Brontini, Pythagorei. Scripsit [illegible] *virtute* ad Hippodamum, Thur[illegible] *muliebres* et *Apophtegmata* Py[illegible]

Theano, Cretensis, phil[illegible] et uxor magni Pythag[illegible] et Mnesarchum et Myam et [illegible] aiunt fuisse uxorem Br[illegible] Scripsit *Commentarios philo*[illegible] *ta*, et *poema* quoddam *epicum*.

Θεμιστεύειν, oracula edere, [illegible] ante Apollinem oracula consul[illegible] De Apollonio, Philostratus, lib[illegible] καὶ τὰ λεγόμενα ἠχώ, ὡς ἀπὸ [illegible] μενα.

Themistius, philosophus, qui [illegible]

B Juliani Apostatæ, a quo constitu[illegible] CPolis. Scripsit « Aristotelis [illegible] « nis paraphrasin libris VIII; Par[illegible] « corum libris II; Apodicticorum « anima libris VII. » In hoc ope[illegible] dam profert de scopo et inscri[illegible] « sin Categoriarum, libro uno. [illegible]

Themistocles, etc., scripsit E[illegible] et excelsum animum ubique [illegible]

Themistogenes, Syracusanus, [illegible] *Cyri Expeditionem*, quæ inter [illegible] exstat, et alia quædam de patria [illegible] longam notam 7, *de illa* quæsti[illegible] stogenes, an Xenophon scripserit [illegible] in tom. II, pag. 171; *adde* supra [illegible]

Theocrines, sycophanta, quem [illegible]

C sthenes pro Ctesiphonte.

Theocritus, Chius, orator, dis[illegible] Isocratici. Scripsit *Chrias idemque* cum Theopompo historico, certa[illegible] *Historia Libyca*, et *Epistolæ admir*[illegible]

Theocritus alter, Praxagoræ et [illegible] ut alii, Simmichi, Syracusanus. [illegible] et deinde Syracusas migrasse. [illegible] *bucolica*, Dorica dialecto Quidam et [illegible] « Prætidas, Elpidas, Hymnos, He[illegible] « epicedia, Elegias, Iambos et [illegible] Sciendum est fuisse carminum [illegible] tas, hunc Theocritum, Moschum [illegible] nem Smyrnæum, ex quodam [illegible] Phlossa vocabatur, oriundum.

D Theodectes, Aristandri F. *Phaseli*[illegible] qui ad scribendas tragœdias se conta[illegible] Platonis, Isocratis et Aristotelis. [illegible] Naucrates et Isocrates Apolloniates [illegible] Theopompus olymp. CIII. funebres [illegible] Mausoli laudem habuerunt, Artemisi[illegible] tatu. Atque ea, quam docuit, tragœdia [illegible] applausu victoriam ei peperit. Alii dicunt [illegible] pum primas tulisse. Dramata docuit qui[illegible]

29 Quod *Strabo* lib. x, pag. 482, antiquissimum illum lyricum vocat Θαλῆς, hoc nomen etiam. Suidæ hic restituendum puta. [illegible] supra citato. Hall.

(30) Vix de Suidæ temporibus hoc [illegible]

(31) Illa sunt pyramis, cubus, octaedr[illegible] caedron, icosaedron.

ıt Athenis ætatis anno XLI, patre ipsius erstite. Scripsit etiam *Artem rhetoricam* et alia quædam oratione soluta.

ites, superioris filius, orator, scripsit ım Alexandri, Epirotæ; Historicos comos; Instituta barbarica; Artem oratoriam I, » et alios quosdam Commentarios.

ricus, Afer (rex Gothorum et Italorum), habebat orthodoxum, quem valde diligebat. Hic existimans se Theodorico gram, ab homousia fide deficiens, Arii sequi cœpit. Theodericus autem, hoc cognem tam charum statim capite plectenvit, dicens: « Si Deo fidem non servasti, quocram conscientiam erga hominem serva-

A

ritus, nomen proprium; Θεοδώρητος, do-

B

rus, Byzantinus, sophista, qui a Platone ilos est vocatus: scripsit *Contra Thrasybutra Andocidem* et alia quædam.

rus, atheus cognomento, qui Zenonem, Brysonem et Pyrrhonem ephecticum audinnia indifferentia esse statuens sectam eam condidit. Hic multa scripsit ad sectam ectantia, et alia quædam. Idem ad Hipparratetis uxorem, dixit (ex Euripidis Bacchis), ἢ τὰς πρὸς ἱστοὺς ἐκλιποῦσα κερκίδας, « quæ apud telas relictis pallium gestat. »

lorus, Gadarenus, sophista, servili natus magister Tiberii Cæsaris. Deinde de prosophistica Romæ cum Polemone et Antirtavit. Sub Adriano imp. filium ejus se fieri contigit. Scripsit « libros III De iis a vocibus quæruntur; De historia librum ; De thesi, unum; De dialectorum simili- et demonstratione libros II; De republica, ; De Cœlesyria, unum; De facultate oratonum, » et alia.

dorus, poeta, qui versibus varia scripsit et patram carmen.

dorus, lector Magnæ Ecclesiæ CPol. Scripsit am *ecclesiasticam* a Constantini temporibus, ad Justiniani imperium.

odorus, qui post Apollinarem Laodiceæ in (episcopum) exstitit et Mopsuestiæ in Cilicia patum adeptus est. Hic Apollinari ex diametrarius est, etc.

odosius, philosophus, scripsit « Sphæricalibris Commentarium in Theudæ capita; De diebus ctibus libros II, Commentarium in Archimedis ἴδιον; Descriptiones ædium libris III; Sceptica ita; Astrologica: De habitationibus. » Versi-

C

bus *De vere* scripsit, et alia diversa. Erat autem Tripolitanus.

S. Theodosius, cœnobiarcha, vixit sub Anastasio Dicoro, hæretico.

Theodulus, sub Juliano Apostata, martyr (cum Tatiano et Macedonio, ut dixit Suidas in Ἀμάχιος).

Theogiton Demostheni, quem Dinarchus et alii Theogenem appellant.

Theognetus, comicus, ex cujus fabulis sunt Φάσμα sive Φιλάργυρος, Φιλοδέσποτος, Κένταυρος, ut Athenæus in Dymnosophist.

Theognis, Megarensis ex Megaris, Siciliæ civitate, natus olympiade LIX. Scripsit Elegiam in Syracusanos, in obsidione servatos; Sententias versibus elegiacis ad versuum MMDCCC ad Cyrnum, amasium suum; Gnomologiam elegiacam; præcepta moralia; eaque omnia versibus scripta. His tamen turpia quædam et puerorum amores et alia, quæ virtutis amantes aversantur, immista sunt.

Theognis, poeta tragicus valde frigidus, ideo dictus *Nix*, unus e XXX tyrannis.

Theon, Alexandrinus, philosophus Stoicus, qui sub Augusto post Arium vixit. Scripsit « Commen- « tarium in Apollodori Introductionem physiolo- « gicam, *itemque* Artis rhetoricæ libros III. »

Theo, Smyrnæus, philosophus.

Theon, ex Antiochia, quæ sita est in Daphne, philosophus Stoicus, scripsit *Apologiam Socratis*.

Theon, e Museo (n. Alexandrino). Ægyptius philosophus, eodem tempore vixit quo Pappus, philosophus, qui et ipse Alexandrinus fuit, sub Theodosio Majore. Scripsit « Mathematica, Arithme- « tica; De auspiciis et voce corvorum; De ortu cani- « culæ; De Nili ascensu; In Ptolemæi expeditum « Canonem, *et* Commentarium in parvum astrola- « bium » (32).

Theon Ælius, Alexandrinus, sophista, scripsit « Artem rethoricam; Progymnasmata; Commen- « tarium in Xenophontem, Isocratem et Demos- « thenem; Argumenta rhetorica; Quæstiones de « structura orationis, » et alia plura (33).

Theon Valerius, sophista, scripsit *Commentarium in Andocidem*.

Theon, Gymnasii, sophistæ, F., Sidonius sophista, in patria docuit, et sub imp. Constantino consul et præfectus fuit.

D

Theon, sophista rhetor (Σοφιστὴς λόγων ῥητορικῶν), a S. Marcella, si originem longius repetas, si proximam et genus paternum, ab Ecdicio, magistro, oriundus. Scripsit *Artem rhetoricam* homo non ille quidem admodum ingeniosus et acutus,

2) Videtur legendum εἰς τὸν μικρὸν Ἀστρολόγον νημα, non εἰς τὸν μικρὸν Ἀστρολάοον. De se- scriptis quæ in parvo Alexandrinorum Astro- comprehendebantur, dixi libro III, cap. 5, seq. (ed. vet. sed cap. 18, tom. IV, p. 16 sq. nov.)

3) Huic Theoni putat Kuster, in notat 5 ad h. l. (vol. II. p. 182) attribuenda esse scholia in Arati phænomena et diosemeia, quæ hodie exstant; eumdemque esse existimat, quem inter vett. enarratores Apollonii Rhodii recenset schol. Aristoph. ad *Nubes*. Quæ de singulis jam suis locis adnotata sunt, hic repetere nolumus. HARL.

sed discendi cupidus et laboris supra modum amans. Quamobrem brevi temporis spatio maximam eruditionem sibi comparavit, et tam antiquarum rerum quam recentium scientiam animo complexus est. (E Damascio.)

Theophilus, comicus. Ex ejus fabulis sunt Ἰατρὸς, Ἐπίδαυρος, Παγκράτεια (Athenæo Παγκρατιαστὴς), Βοιωτία, Προιτίδες, Νεοπτόλεμος.

Theophilus, imp., Michaelis Amorræi F., Michaelis pater, Copronymi hæresim (n. uconomachiam) amplexus, ipsoque nulla in re melior. Cum igitur eadem amentia, quæ Manichæum et Arium olim, animum ejus invasisset, persecutionem et ipse contra Ecclesiam cœpit instituere, alter Nectanebo, adjutorem nactus Joannem, patriarcham, vel potius Mantiarcham, aut Dæmoniarcham, novum revera Apollonius aut Balaam nostri temporis, lecanomantem. Ab hoc etiam litteras edoctus, homo varius et sceleratus, etc.

Theophilus. Hic ex India reversus Antiochiæ vixit, et ecclesiam quidem nullam assignatam habuit ; sed quasi communis quidam fuit (doctor et episcopus),quem imperator omni honore et observantia coleret. Erat ille quædam quasi apostolorum imago, quem Thalassius non exiguo tempore cum illo versatus, et in hujusmodi rebus mendacii minime suspectus, ait, Judæam quamdam feminam mortuam ad vitam revocasse.

Theophrastus, Melanti, fullonis, vel Leonis F. Eressius, auditor Aristotelis, et successor scholæ Peripateticæ, ab eo, Chalcidem migrante, relictæ. Hic ante vocatus est Tyrtamus ; sed ob divinam eloquentiam ab Aristotele Euphrastus dictus est, et postea Theophrastus, sicut Plato διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις πλάτος propter amplam dicendi copiam Plato fuit vocatus, cum antea Aristocles vocaretur. Discipulos habuit plures quam bis mille ; amasius ejus fuit Nicomachus, Aristotelis F. ; a Cassandro, Antipatri F. in honore habitus est. Decessit assidua scriptione fatigatus, cum ob discipuli nuptias ad paucos dies animum relaxasset. Scripta ejus sunt plurima, in his « Analyticorum priorum III, « Posteriorum VII ; Analysis syllogismorum;Analy- « ticorum Epitome. Ἀνηγμένων τόπων *sive* Loci re- « ducti ; De lapidibus ; De plantis ; De metallis ; « De odoribus ; Characteres » et alia.

Δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος, ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
Ἦν δέμας, εἶτ' ἀνεθεὶς κάτθανε πηρομελής.

Integer ecce valet Theophrastus, dum labor urget.
Laxatus studio solvitur et moritur.

Theophylactus, sophista, cui cognomen erat Simocatta,

Theopompus, Chius, orator, Damasistrati F. vixit tempore interregni Atheniensium, olympiade XCIII, quando et ephorus, Iscoratis auditor, floruit.Scripsit pariter ac ephorus epitomen *Historiarum Herodoti libros II ; Philippica libris LXXII ; Historias Græcas*, quæ *libris XI* constant, et inde narrationem ordiuntur, ubi Thucydides et Xenophon desinunt, et complectuntur a
post bellum Peloponnesiacum, et
et alia plurima.

Theopompus, Theodectis sive
Atheniensis, comicus, edidit fabulas
antiquæ comœdiæ poeta secundum
scripsitque plures alias fabulas, etc.

Θεώρηκα. Arcesilaus, philosophus,
tardus et oscitans, ἐν ὅτε τῇ
sed artis tamen probe peritus. Hic da
geometriam in hos involasse. Fa
(Pearsonio et Kustero ad h. l. tom.
not. 5, animadvertentibus) compila
tribuit, quæ apud *Laertium*, lib. IV,
hic locus excerptus est, ab Arcesilao
geometra, dicuntur. HARLES.

Theoris, fatidica, ob impietatis cri
morte. Demosthenes contra Aristo
Θεωροί, qui ad oraculum mittebant
rerum divinarum custodes et cur
enim *curam* **significat.**

Θεός. Philo, cum verba Θεὸς Κύρι
retur, summæ Trinitatis notionem
statuunt Deum esse animal imm
præditum, perfectum, intelligens, b
malum non cadit, curam gerens me
quæ in mundo sunt, non tamen b
præditum ; Opificem hujus univ
Patrem omnium ; partemque ejus p
trantem variis *nominibus* pro diver
appellari.

Θεὸς ἡ ἀναίδεια. Colebatur Athen
eique templum erat, ut tradit Ister

Theramenes, Atheniensis orator,
discipulus, cognominatus *cothurn*
clamationes rhetoricas,* et *alia quæd

Therapeutæ. Philo in libro De vita
scripsit de ascetis Hebræorum, etc.

Theseus,historicus,scripsit « Virorum
« Vitas libris V, Corinthiacorum *libro*
opere de Isthmicorum *ludorum* institu

Θέσις, secundum Aristotelem est *pars*
alicujus viri, in philosophia clari, sive
Veluti, utrum omnia continuo fluant,
gignantur, et nihil unquam *sit,* secundum
tum ; vel utrum id quod est unum, sit
bile, ut Parmenidi videtur ; *vel utrum* m
an non, ut Zenoni visum ; vel utrum sanita
sit, an non, ut placet Chrysippo ; *et utru*
tradicere liceat, an non, ut Antisthen
Opponitur id, quod θέσει est et *quod*
natura. Etiam rhetorica problemata quidam
vocant; Aristoteles hypotheses.

Thesmothetæ, magistratus Athenis, viri
novem archontibus.Hos leges quotannis corr
docet Æschines contra Ctesiphontem.

Thespis, exIcario, Atticæ populo, tragic
cimus sextus ab Epigene Sicyonio, primo tra
alii secundum ab eo faciunt, alii primum

rmant. Hic primum cerussa facie illita
egit, deinde faciem andrachna in docen-
s texit ; postea larvarum lintearum usum
t. Docuit fabulas olympiade LXI, et inter
s ejus commemorantur Ἄθλα Ἰλελίου ἢ
Ἱερεῖς, Ἠθεοι, Ηενθεύς.
s. citharœdus, de quo Aristoph.
dides, Olori F. Atheniensis, filium ha-
otheum. Maternum genus a Miltiade duce,
n ab Oloro, Thracum rege duxit, Antiphon-
pulus, clarus circa olympiadem LXXXVII.
Peloponnesiorum et Atheniensium bellum.
er adhuc Herodotum, olympiæ historias
itantem, eum audivisset quasi numinis
instinctu lacrymari cœpit. Herodotus igitur
atulatus est de filii indole. (Supra in ὀργῶ-
e eum judicium suum fefellit. Hic Thu-
artium præcepta probe callebat, et ele-
orationis, accurata rerum notitia, artibus
toriis consiliisque excellebat, et in argu-
panegyricis. Solet a genere feminino ad
m transire, ut: Τρέπονται εἰς Μακεδονίαν
(pro ἐφ' ἣνπερ.)
iomantes. Athenienses ad urbem, Thurium
dam decem viros miserunt, inter quos fuit
n. vates, qui urbis condendæ rationem et
n alios doceret.
α, ex thyino ligno confecta. Sub Zenone,
n Cypro inventæ sunt reliquiæ Barnabæ,
li, qui Paulo fuit peregrationis comes. Hujus
bæ pectori impositum erat Evangelium se-
m Matthæum, thyina habens folia. (Conf.
ri not. 2, tom. II, pag. 210.)
erius, Octavii filius, Romanorum imp. homo
lis, versutus, etc. (Attamen litteras amabat.
ism. Justi Ehrhardti commentat. De Claudii
ii Neronis in litterarum studia meritis, Co-
1733, 8.)
ετανοίκτης. Supra, Crates, Thebanus.
erius, philosophus et sophista, scripsit « De
mis orationis libros *III*; De commutatione ; De
oria; De dispositione et compositione orationis;
civilis orationis mutatione; De demonstrativis;
ationibus ; De præfationibus et Proœmiis ; De
gumentis ; De Demosthene et Xenophonte ; De
rodoto et Thucydide. »
υμελικοί. Histriones scenici.
imachidas, Rhodius, *cœnas*, sive Δείπνων ἀνα-
ὰς scripsit carmine heroico *libris XI*. Et Nu-
nius Ὀψαρτυτικῶν, sive, *De ratione cibos con-
di libros*, composuit et Mastreas (Μητρέας apud
enæum I, pag. 5). Pitanæus, et Hegemon, Tha-
, cognomine Φακή, sive *Lens*, et Artemidorus,
udo Aristophanius, qui *culinaria vocabula* colle-
et Philoxenus, Claudii F. (apud Athenæum
κάδιος) a quo etiam Philoxeniæ placentæ no-
n habent.
Timæus, historicus, Ephorum vehementer inse-
tus est, duobus ipse peccatis obnoxius, tum

A quod alios acerbe criminetur ob ea, quibus ipse constringitur, tum quod animo corrupto fuerit et improbas sententias libris suis inseruerit. Quod si Callisthenes merito pœnas pendit, quod Alexandrum in deorum numerum referre voluit, quid meruit Timæus qui Timoleontem μείζω ποιεῖ τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν, supra splendidissimos deos extollit, etc. Scripsit *De Syria ejusque urbibus, et regibus libros III.*

Timæus, Locrus, philosophus Pythagoreus. Scripsit *Mathematica : De natura ;* De *Pythagoræ vita.*

Timæus, Andromachi F., Tauromenites, Philisci, Milesii, discipulus, multus in aliis reprehendendis, unde dictus est Ἐπιτίμαιος, etiam Γραοσυλλέκτρια, quod quævis sine delectu in scripta referret. Scripsit *Italica et Sicula libris VIII ; Græca et Sicula ; Collectionem argumentorum rhetoricorum, libros LXVIII ; Olympionicas*, sive Χρονικὰ Πραξίδια, *Acta chronica.* Hic Timæus, qui anteriorum historiæ scriptorum errores acerbissime castigavit, fuit quidem in cæteris historiæ partibus studiosissimus veri, sed in quinque libris postremis, quibus res Agathoclis complexus est, tyrannum illum, a quo in exsilium pulsus fuerat, omnibus conviciis onerat, hominemque ignavissimum fuisse affirmat, illum Syracusanorum victorem, quorum tamen fortitudinem omnibus effert paginis, etc.

Timagenes. regii argentarii F., Alexandrinus, rhetor ; vel, ut quidam, Ægyptius, qui sub Pompeio Magno Romam a Gabinio captivus ductus, et a Fausto, Syllæ F., redemptus Romæ eloquentiam docuit, cum sub ipso Pompeio, tum post ipsum sub Cæsare Augusto et postea, eodem, quo Cæcilius, tempore. Cum autem ob dicendi libertatem schola excidisset, in prædio Tusculano vitam transegit. Obiit Dabani post cœnam, cum vellet vomere, σφηνωθείς, cibo exitum non inveniente suffocatus. Multos libros scripsit.

Timagenes, historicus, *totius maris periplum* scripsit *libris V.*

Timagenes, sive Timogenes, Milesius, historicus et rhetor, scripsit *De Heraclea Pontica et claris ejus viris libros quinque.* Item *Epistolas.*

Timarchus, Arizeli F., prodigus et cinædus, quem Æschines rerum peregit, etc.

Timasion, adolescens Ægyptius, quem Apollonius, Tyaneus, cum moneret ut secum philosopharetur : O dii, inquit, qualem me dicam ? Nam malus quidem non sum, bonum vero utrum me existimari oporteat nescio, etc. (ex Philostrato, lib. VI De vita Apoll. cap. 2.

Timesitheus, tragicus, ejus dramata sunt, Δαναΐ, δες β', Ἕκτορος λύτρα, Ἡρακλῆς, Ἰξίων, Καπανεύς, Μέμνων, Μνηστῆρες, Ζηνὸς γοναί, Ἑλένης ἀπαίτησις, Ὀρέστης, Πυλάδης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης.

Timocles, Atheniensis, comicus. Ex ejus fabulis sunt : Δημοσάτυροι, Κένταυρος, Καύνιοι, [illegible]

λαί, Ἐπιχαιρέκακος, Φιλοδικαστής, Πύκτης. Memorat Athenæus in libris Dipnosophistarum.

Timocles alter, et ipse comicus ex cujus fabulis ut testis idem Athenæus, sunt Διονυσιάζουσαι, Ηολυπράγμων, Ἰκάριοι, Δῆλος, Ἀγάθη Διόνυσος, Κονίσαλος, Πορφύρα (quæ aliis Xenarchi esse videtur,) Ἥρωες, Δρακόντιον, Νέαιρα (meretricis hoc nomen), Ὀρίστης, Μαραθώνιοι. Sunt et aliæ quædam. [Sed *Meursius*, in Bibl. Attica et Suidas, ad h. l. vol. III, pag. 475, censent Suidam male hunc posteriorem fecisse diversum a priore, cum idem sit comicus.]

Timocreon, Rhodius, comicus et ipse veteris comœdiæ. Huic inimicitiæ intercesserunt cum Simonide Melico et Themistocle Atheniensi, in quem etiam carmine (δι' ἐμμελοῦς τινος ποιήματος) vituperationem contexuit. Scripsit vero comœdiam in Themistoclem et Simonidem, aliaque.

Timolaus, Larissæus, Macedo, rhetor, Anaximenis Lampsaceni discipulus, qui cum ingenio poetico esset præditus, singulis Iliadis versibus singulos versus interseruit, et id opus Τρωϊκὸν inscripsit, hoc modo:

Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
Μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἀτερ πολέμιζον ἄνακτος,
Ηολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν,
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

Scripsit et alia quædam.

Timon, misanthropus, philosophus, qui sectam omnem aversabatur, ut invisus omnibus (ab Aristophane in Lysistrata) perstringitur. Hunc Neanthes ait, cum de pyro silvestri cecidisset, claudum factum esse: cumque medicum nollet admittere, putredine consumptum fuisse. Post mortem autem ejus, sepulcrum, in quo conditus erat, juxta viam fluctibus marinis a reliqua terræ parte divisum et inaccessum factum esse.

Timon, Phliasius, et ipse philosophus, qui scripsit *Sillos*, hoc est vituperationes philosophorum, *libris III*.

Timotheus, Atheniensis, comicus mediæ comœdiæ. Ex ejus fabulis sunt: Πύκτης, Παρακαταθήκη, Μεταβαλλόμενος ἢ Μεταφερόμενος. Est etiam Κυνάριον. Timothei comœdia, teste Athenæo in Dipnosophistis, (lib. VI, p. 243.)

Timotheus, Thersandri, vel Neomysi, vel Philopolidis F., lyricus, qui decimam et undecimam chordam (lyræ) addidit, et antiquam musicam ad molliorem modum traduxit. Fuit autem temporibus Euripidis, tragici, quibus et Philippus Macedo regnabat. Obiit ætatis anno XCVII. Scripsit versibus nomos musicos XIX, proœmia XXXVI; Dianam; Diascevas VIII; Encomium; Persas sive Nauplium; Phinidas; Laertem; dithyrambos XVIII; hymnos XXI, et alia quædam. Alexander musicorum audiendorum, si quisquam alius, cupidus fuit, Timotheum enim, tibicinem, aiunt, cum aliquando Minervæ ὀρθιον νόμον tibia caneret, Alexandrum adeo commovisse, ut inter audiendum ad arma prosiliret; Timotheum autem [illegible] debere carmina regia. Hæc [illegible] nuntiis, erat ab Alexandro [illegible] steri not. tom. III, pag. [illegible]

Timotheus, Gazæus, gramm[illegible] Anastasii, imp. in quem [illegible] vectigali publico quod chrysargyr[illegible] Scripsit etiam versibus de [illegible] et feris quæ sunt apud Indos, A[illegible] quasque Africa alit; item[illegible] et de serpentibus libros IV.

Τιθύμαλλος. Consueverunt [illegible] gratia patrias herbarum [illegible] renaicum, tithymalus Lac[illegible]

Τίτλος. Titulus a capite dicti[illegible] habet titulos LXVIII, capita CC[illegible] XLVIII, capita CCXXXVI; Lucas, capita CCCXLVIII; Joannes, [illegible]ta CCXXXII. Et τιτλάριον, titulus, tabella.

Titus. Romanorum imp. Vespas[illegible] virtutis genere ornatus, ut ab [illegible] τρυφή, amor et delicia generis [illegible] Nam et eloquentissimus erat, et [illegible] moderatissimus. Et Latina lingua [illegible] nistrandis publicis negotiis usus [illegible] et tragœdias Græce composuit. Ex[illegible] Hierosolymis coronas, a legatis finit[illegible] stinæ gentium missas, repudiavit, [illegible] se ea fecisse, sed Deo, Judæis [illegible] commodavisse, etc.

Τὸ Δίωνος γρύ. Dion, Alexandrin[illegible] celebris, cum a quibusdam adversa[illegible] Topsii, luctatoris, maledictis prosci[illegible] respondit, atque in ædes suas rev[illegible] cundiæ præ se ferens adolescenti [illegible] quidem dixit. Γρύ, sordes unguium.

Τὸ Ἡσιόδειον γῆρας. Hesiodea [illegible] qui provectæ admodum sunt senec[illegible] epigramma:

Χαῖρε, δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἐκ[illegible]
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφ[illegible]

Salve bis juvenis, salve bis nac'e sepulcr[illegible]
Mensura humani, o Hesiode, ingenii.

Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν ἐξεις. Hippocr[illegible] medici,) filios perstringunt comici, *et in*[illegible] spurcis moribus. Eorum nomina: Telesp[illegible] mophon, Pericles.

Τὸν Κολοφῶνα ἐπίθες, *Colophonem addi*[illegible] oim civitates Ioniæ in concilium, quod Pa[illegible] dicebatur, de communibus negotiis deliber[illegible] convenire solebant. Quod si igitur suffragia [illegible] paria, Colophonii calculum imparem addebat, cæteros vincebat, etc.

Τῶν εἰς τὴν φαρέτραν. Aiunt, *Scythas*, [illegible] ituros, in promptu habere pharetram: [illegible] diem illum absque molestis transegerint, *calcu*[illegible] album in pharetram conjicere; si secus, [illegible] Cum igitur aliquis moreretur, prolatis pharetris [illegible]

rabant, et pluribus albis repertis felicem
it defunctum. Hinc dies albus pro felici.
ristotelis Topica inscribitur opus, quod
traduntur, quibus instructi de qualibet
a probabiliter argumentari possumus.
nsent librum primum non, Topicum, sed
πων *ante locos*, inscribendum esse, etc.
borum primus inventor Apollodorus,
s F,. grammaticus. (Supra Apollodorus.)
s; patricius. Hic sub Justiniano, rhinot-
uit, Chronicumque breve ac præstantis-
όντομον πάνυ θαυμάσιον scripsit. Erat
istianissimus et maxime orthodoxus.

ius, Tranquillus, grammaticus Romanus,
De Græcorum ludis librum I; De Romano-
ctaculis et ludis libros II; De anno Romano
I; de notis, quarum usus est in libris Περὶ
οῖς βιβλίοις σημείων librum I; De Ciceronis
orum I, *in quo contradicit Dydimo;* De nomi-
propriis et formis vestium et calceorum, et
orum quibus quis vestitur; Περὶ δυσφήμων
De verbis mali ominis, *sive De maledictis, et quodque.* De Roma ejusque institutis et mo-
ibros II; Συγγενικὸν Καισάρων, Familiam Cæ-
ι, « quod opus continet eorum Vitas et suc-
es a Julio usque ad Domitianum « libris VIII;
ma illustrium virorum Romanorum. »

Στησιχόρου, *tria Stesichori,* id est Strophen,
ophen, Epodon. Tota enim Stesichoris poe-
epodica Et hominem prorsus imperitum
ngere volentes eum ne *tria* quidem *Stesichori*
dicebant.

onanius, Macedoniani; F. ex causidis præ-
um prætorio, gentilis et impius, a Christiano-
ide prorsus alienus, idemque adulator et im-
, qui Justiniano, cujus erat quæstor, cona-
persuadere, eum non moriturum, sed
in cœlum translatum iri. Ingenii acie vale-
t apicem eruditionis attigerat, ita ut nullum
s suæ mortalium hac laude superiorem habe-
Sed legum nundinationi erat deditus, et inex-
ili avaritia, quam splendore summæ eruditio-
obscurabat.

ibonianus, Sidetes, ex caussidicis præfectorum
torio, et ipse vir multifariæ eruditionis. Scri-
versibus « Commentarium in Ptolemæi Cano-
m; Concentum mundani et harmonici diathema-
; Εἰς τὸν πολιτεύοντα καὶ διέποντα, In gubernan-
m et administrantem; In planetarum domicilia *et ir singulis domicilium hoc vel iliud attributum sit*,
e XXIV pedibus metricis rhythmicis; Metaphra-
n Homerici navium catalogi; Dialogum Macedo-
ium *sive* De felicitate; Vitam Theodoti, philoso-
hi, libris III; Orationem consularem; *prosaice, n Justinianum, imp.* Orationem de Regno, *in eum-
lem*; De mensium permutatione, » *versibus.*

Tribunus. Hic tempore Chosrois vixit, genere
læstinus, vir eruditus et arte medica nulli secun-
is; singulari idem moderatione et pietate in

A Deum præditus. A Justiniano impetravit Chosroes, ut apud se uno anno manere illum sineret. Illo elapso jussit petere a se quidquid vellet. Ille nihil aliud, quam captivorum aliquot Romanorum postulavit libertatem, quibus alios ter mille Chosroes addidit.

Triphyllius, episcopus, discipulus Spyridonis, Cyprii, thaumaturgi, cujus miracula litteris mandavit. Multa enim fecit Spyridon, ut in Vita ejus versibus iambicis scripta traditur, quæ quærenda sunt, ut valde utilia.

Τριταγωνιστής. Æstichenem multis in locis perstringit Demosthenes ut histrionem tragicum vilissimum in tertio ordine eum numerans. Primus Sophocles usus est tribus histrionibus et tritago-
B nista. (Supra in Sophocle.)

Troilus, sophista, qui CPoli docuit. Scripsit « Orationes civiles; Epistolarum libros VII. »

Τρόμητος. Demostpenes Æschinem inter alia dicteria vocat etiam γραμματοκύφωνα et filium cujusdem *Trometis*, litteratoris, sive primorum elementorum doctoris.

Τρόπαια. Antiqui Attici circumflectunt in penultima, τροπαῖον, recentiores in antepenultima accuunt, τρόπαιον. Antiqua vero lingua Attica est illa, cujus principes fuere Eupolis, Cratinus, Aristophanes, Thucydides; Nova vero, cujus Menander et alii.

Τροφώνιος. Καὶ Τροφωνίου κατὰ τῆς παίγνια. Lebadiæ (in Macedonia) fuit oraculum, quod a de-
C scensu dictum καταβάσιον. Erant vero ibi fauces quædam, quæ tantum extremas pedum hominis partes capere poterant. Deum igitur consulturi, per certos prius dies servata castitate, et sacro habitu ornati ambabus manibus melittutas sive placentas, melle conspersas, tenentes, ad fauces illas sedebant, et repente sub terram abripiebantur. Trophonius autem fuit Eresini filius, fratris Agamedis, etc.

Τρυγοκωμφδία, sic dicta, quod victores præmium acciperent τὴν τρύγα, hoc est, *vivum novum*; vel, quod olim, cum larvæ nondum inventæ essent, τρυγί, fæcibus ora perungerent

Τρυγοδαίμονες. Veluti Cacodæmones dicti (comici veteris comœdiæ,) quod obsceni essent et impii et cavillandi studio totos se dederent.

Tryphiodorus, Ægyptius, grammaticus, et poeta
D heroicus. Scripsit « Marethonica; Ilii excidium; « De Hippodamia; Odysseam littera (Σ) carentem » Poema de laboribus Ulyssis, et iis quæ fabulæ de illo tradunt.

Tryphod, Ammonii F,. Alexandrinus, grammaticus et poeta, qui vixit Augusti temporibus et ante. Scripsit « De pleonasmo dialectorum, quæ sunt in « Æolica lingua, libros XII; De dialectis, quæ sunt « apud Homerum et Simonidem et Pindarum et Ale- « manem aliosque lyricos; De Hellenismo (Περὶ « τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου) et dialecto Argivorum, « Himerogorum, Rheginorum, Doriensium et Sy- « racusorum; De inflexionum analog

sed discendi cupidus et laboris supra modum amans. Quamobrem brevi temporis spatio maximam eruditionem sibi comparavit, et tam antiquarum rerum quam recentium scientiam animo complexus est. (E Damascio.)

Theophilus, comicus. Ex ejus fabulis sunt Ἰατρὸς, Ἐπίδαυρος, Παγκράτεια (Athenæo Παγκρατιαστὴς), Βοιωτία, Προιτίδες, Νεοπτόλεμος.

Theophilus, imp., Michaelis Amorræi F., Michaelis pater, Copronymi hæresim (n. uconomachiam) amplexus, ipsoque nulla in re melior. Cum igitur eadem amentia, quæ Manichæum et Arium olim, animum ejus invasisset, persecutionem et ipse contra Ecclesiam cœpit instituere, alter Nectanebo, adjutorem nactus Joannem, patriarcham, vel potius Mantiarcham, aut Dæmoniarcham, novum revera Apollonius aut Balaam nostri temporis, lecanomantem. Ab hoc etiam litteras edoctus, homo varius et sceleratus, etc.

Theophilus. Hic ex India reversus Antiochiæ vixit, et ecclesiam quidem nullam assignatam habuit ; sed quasi communis quidam fuit (doctor et episcopus),quem imperator omni honore et observantia coleret. Erat ille quædam quasi apostolorum imago, quem Thalassius non exiguo tempore cum illo versatus, et in hujusmodi rebus mendacii minime suspectus, ait, Judæam quamdam feminam mortuam ad vitam revocasse.

Theophrastus, Melanti, fullonis, vel Leonis F. Eressius, auditor Aristotelis, et successor scholæ Peripateticæ, ab eo, Chalcidem migrante, relictæ. Hic ante vocatus est Tyrtamus ; sed ob divinam eloquentiam ab Aristotele Euphrastus dictus est, et postea Theophrastus, sicut Plato διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις πλάτος propter amplam dicendi copiam Plato fuit vocatus, cum antea Aristocles vocaretur. Discipulos habuit plures quam bis mille ; amasius ejus fuit Nicomachus, Aristotelis F. ; a Cassandro, Antipatri F. in honore habitus est. Decessit assidua scriptione fatigatus, cum ob discipuli nuptias ad paucos dies animum relaxasset. Scripta ejus sunt plurima, in his « Analyticorum priorum III, « Posteriorum VII ; Analysis syllogismorum;Analy- « ticorum Epitome. Ἀνηγμένων τόπων *sive* Loci re- « ducti ; De lapidibus ; De plantis ; De metallis ; « De odoribus ; Characteres » et alia.

Δὴ γὰρ καὶ Θεόφραστος, ἕως ἐπόνει μὲν, ἄπηρος
Ἦν δέμας, εἶτ' ἀνεθεὶς κάτθανε πηρομελής.

Integer ecce valet Theophrastus, dum labor urget.
Laxatus studio solvitur et moritur.

Theophylactus, sophista, cui cognomen erat Simocatta,

Theopompus, Chius, orator, Damasistrati F. vixit tempore interregni Atheniensium, olympiade XCIII, quando et ephorus, Iscoratis auditor, floruit.Scripsit pariter ac ephorus epitomen *Historiarum Herodoti libros II ; Philippica libris LXXII ; Historias Græcas*, quæ *libris XI* constant, et inde narrationem ordiuntur, ubi Thucydides et Xenophon desinunt, et complectuntur ea quæ gesta sunt post bellum Peloponnesiacum, et cætera. Scripsit et alia plurima.

Theopompus, Theodectis sive Theodori filius, Atheniensis, comicus, edidit fabulas XXII ; fuitque antiquæ comœdiæ poeta secundum Aristophanem ; scripsitque plures alias fabulas, etc.

Θεώρηκα. Arcesilaus, philosophus, erat natura tardus et oscitans, ἐν δὲ τῇ τέχνῃ τεθεωρημένος sed artis tamen probe peritus. Hic dixit hianti ore geometriam in hos involasse. Faba. Enimvero (Pearsonio et Kustero ad h. l. tom. II, pag. 61, not. 5, animadvertentibus) compilator Arcesilao tribuit, quæ apud *Laertium*, lib. IV, n. 32 ; unde hic locus excerptus est, ab Arcesilao de *Hippone* geometra, dicuntur. Harles.

Theoris, fatidica, ob impietatis crimen multa morte. Demosthenes contra Aristogitonem.

Θεωροί, qui ad oraculum mittebantur, et omnium rerum divinarum custodes et curatores ; θεωρία enim *curam* significat.

Θεός. Philo, cum verba Θεὸς Κύριος interpretatur, summæ Trinitatis notionem habuit. Graci statuunt Deum esse animal immortale, rationale præditum, perfectum, intelligens, beatum, in quod malum non cadit, curam gerens mundi et omnium quæ in mundo sunt, non tamen humanæ ; rationale præditum ; Opificem hujus universi et tanquam Patrem omnium ; partemque ejus per omnia penetrantem variis nominibus pro diversis facultatibus appellari.

Θεὸς ἡ ἀναίδεια. Colebatur Athenis *Impudentia*, eique templum erat, ut tradit Ister libro III.

Theramenes, Atheniensis orator, *Prodicii*, Cei, discipulus, cognominatus *cothurnus*. Scripsit *declamationes rhetoricas*, et alia quædam.

Therapeutæ. Philo in libro De vita contemplativa scripsit de ascetis Hebræorum, etc.

Theseus,historicus,scripsit « Virorum illustrium « Vitas libris V, Corinthiacorum libros III, » in quo opere de Isthmicorum ludorum institutione agit.

Θέσις, secundum Aristotelem est paradoxa opinio alicujus viri, in philosophia clari, sive problema. Veluti, utrum omnia continuo fluant, et semper gignantur, et nihil unquam sit, secundum Heraclitum ; vel utrum id quod est unum, sit et immobile, ut Parmenidi videtur ; vel utrum motus sit an non, ut Zenoni visum ; vel utrum sanitas bonum sit, an non, ut placet Chrysippo ; et utrum contradicere liceat, an non, ut Antistheni probatur. Opponitur id, quod θέσει est et quod φύσει, secundum natura. Etiam rhetorica problemata quidam theses vocant ; Aristoteles hypotheses.

Thesmothetæ, magistratus Athenis, viri sex, cum novem archontibus.Hos leges quotannis correxisse docet Æschines contra Ctesiphontem.

Thespis, exIcario, Atticæ populo, tragicus, decimus sextus ab Epigene Sicyonio, primo tragicus ; alii secundum ab eo faciunt, alii primum tragicum

fuisse affirmant. Hic primum cerussa facie illita tragœdias egit, deinde faciem andrachna in docendis fabulis texit; postea larvarum lintearum usum introduxit. Docuit fabulas olympiade LXI, et inter tragœdias ejus commemorantur Ἄθλα Ἡλίου ἢ Φορβάς, Ἱερεὺς, Ἠθεοι, Ηενθεύς.

Thespis, citharœdus, de quo Aristoph.

Thucydides, Olori F. Atheniensis, filium habuit Timotheum. Maternum genus a Miltiade duce, paternum ab Oloro, Thracum rege duxit, Antiphontis discipulus, clarus circa olympiadem LXXXVII. Scripsit *Peloponnesiorum et Atheniensium bellum.* Hic puer adhuc Herodotum, olympiæ historias suas recitantem, eum audivisset quasi numinis alicujus instinctu lacrymari cœpit. Herodotus igitur patri gratulatus est de filii indole. (Supra in ὀργῶσαν), nec eum judicium suum fefellit. Hic Thucydides artium præcepta probe callebat, et elegantia orationis, accurata rerum notitia, artibus imperatoriis consiliisque excellebat, et in argumentis panegyricis. Solet a genere feminino ad neutrum transire, ut: Τρέπονται εἰς Μακεδονίαν ἐφ' ὅπερ (pro ἐφ' ἥνπερ.)

Thuriomantes. Athenienses ad urbem, Thurium condendam decem viros miserunt, inter quos fuit *Lampon*, vates, qui urbis condendæ rationem et modum alios doceret.

Θύϊνα, ex thyino ligno confecta. Sub Zenone, imp. in Cypro inventæ sunt reliquiæ Barnabæ, apostoli, qui Paulo fuit peregrationis comes. Hujus Barnabæ pectori impositum erat Evangelium secundum Matthæum, thyina habens folia. (Conf. Kusteri not. 2, tom. II, pag. 210.)

Tiberius, Octavii filius, Romanorum imp. homo crudelis, versutus, etc. (Attamen litteras amabat. V. *Sigism. Justi Ehrhardti* commentat. De Claudii Tiberii Neronis in litterarum studia meritis, Coburgi 1733, 8.)

Θυρεπανοίκτης. Supra, Crates, Thebanus.

Tiberius, philosophus et sophista, scripsit « De « formis orationis libros *III*; De commutatione; De «historia; De dispositione et compositione orationis; « De civilis orationis mutatione; De demonstrativis; « orationibus; De præfationibus et Proœmiis; De « argumentis; De Demosthene et Xenophonte; De « Herodoto et Thucydide. »

Θυμελικοί. Histriones scenici.

Timachidas, Rhodius, *cœnas*, sive Δείπνων ἀναγραφὰς scripsit carmine heroico *libris XI.* Et Numenius Ὀψαρτυτικῶν, sive, *De ratione cibos condiendi libros*, composuit et Mastreas (Μητρέας apud Athenæum I, pag. 5). Pitanæus, et Hegemon, Thasius, cognomine Φακή, sive *Lens*, et Artemidorus, Pseudo Aristophanius, qui *culinaria vocabula* collegit, et Philoxenus, Claudii F. (apud Athenæum Λευκάδιος) a quo etiam Philoxeniæ placentæ nomen habent.

Timæus, historicus, Ephorum vehementer insectatus est, duobus ipse peccatis obnoxius, tum quod alios acerbe criminetur ob ea, quibus ipse constringitur, tum quod animo corrupto fuerit et improbas sententias libris suis inseruerit. Quod si Callisthenes merito pœnas pendit, quod Alexandrum in deorum numerum referre voluit, quid meruit Timæus qui Timoleontem μείζω ποιεῖ τῶν ἐπιφανεστάτων θεῶν, supra splendidissimos deos extollit, etc. Scripsit *De Syria ejusque urbibus, et regibus libros III.*

Timæus, Locrus, philosophus Pythagoreus. Scripsit *Mathematica: De natura;* De *Pythagoræ vita.*

Timæus, Andromachi F., Tauromenites, Philisci, Milesii, discipulus, multus in aliis reprehendendis, unde dictus est Ἐπιτίμαιος, etiam Γραοσυλλέκτρια, quod quævis sine delectu in scripta referret. Scripsit *Italica et Sicula libris VIII; Græca et Sicula; Collectionem argumentorum rhetoricorum, libros LXVIII; Olympionicas*, sive Χρονικὰ Πραξίδια, *Acta chronica.* Hic Timæus, qui anteriorum historiæ scriptorum errores acerbissime castigavit, fuit quidem in cæteris historiæ partibus studiosissimus veri, sed in quinque libris postremis, quibus res Agathoclis complexus est, tyrannum illum, a quo in exsilium pulsus fuerat, omnibus conviciis onerat, hominemque ignavissimum fuisse affirmat, illum Syracusanorum victorem, quorum tamen fortitudinem omnibus effert paginis, etc.

Timagenes. regii argentarii F., Alexandrinus, rhetor; vel, ut quidam, Ægyptius, qui sub Pompeio Magno Romam a Gabinio captivus ductus, et a Fausto, Syllæ F., redemptus Romæ eloquentiam docuit, cum sub ipso Pompeio, tum post ipsum sub Cæsare Augusto et postea, eodem, quo Cæcilius, tempore. Cum autem ob dicendi libertatem schola excidisset, in prædio Tusculano vitam transegit. Obiit Dabani post cœnam, cum vellet vomere, σφηνωθείς, cibo exitum non inveniente suffocatus. Multos libros scripsit.

Timagenes, historicus, *totius maris periplum* scripsit *libris V.*

Timagenes, sive Timogenes, Milesius, historicus et rhetor, scripsit *De Heraclea Pontica et claris ejus viris libros quinque.* Item *Epistolas.*

Timarchus, Arizeli F., prodigus et cinædus, quem Æschines rerum peregit, etc.

Timasion, adolescens Ægyptius, quem Apollonius, Tyaneus, cum moneret ut secum philosopharetur: O dii, inquit, qualem me dicam? Nam malus quidem non sum, bonum vero utrum me existimari oporteat nescio, etc. (ex Philostrato, lib. VI De vita Apoll. cap. 2.

Timesitheus, tragicus, ejus dramata sunt, Δαναΐ, δες β', Ἕκτορος λύτρα, Ἡρακλῆς, Ἰξίων, Καπανεὺς, Μέμνων, Μνηστῆρες, Ζηνὸς γοναὶ, Ἑλένης ἀπαίτησις, Ὀρέστης, Πυλάδης, Κάστωρ καὶ Πολυδεύκης.

Timocles, Atheniensis, comicus. Ex ejus fabulis sunt: Δημοσάτυροι, Κένταυρος, Καύνιοι, Ἐπιστο-

λαὶ, Ἐπιχαιρέκακος, Φιλοδικαστὴς, Πύκτης. Memorat Athenæus in libris Dipnosophistarum.

Timocles alter, et ipse comicus ex cujus fabulis ut testis idem Athenæus, sunt Διονυσιάζουσαι, Ηολυπράγμων, Ἰκάριοι, Δῆλος, Λήθη Διόνυσος, Κονίσαλος, Πορφύρα (quæ aliis Xenarchi esse videtur,) Ἥρωες, Δρακόντιον, Νέαιρα (meretricis hoc nomen), Ὀρέστης, Μαραθώνιοι. Sunt et aliæ quædam. [Sed *Meursius*, in Bibl. Attica et Suidas, ad h. l. vol. III, pag. 475, censent Suidam male hunc posteriorem fecisse diversum a priore, cum idem sit comicus.]

Timocreon, Rhodius, comicus et ipse veteris comœdiæ. Huic inimicitiæ intercesserunt cum Simonide Melico et Themistocle Atheniensi, in quem etiam carmine (δι' ἐμμελοῦς τινος ποιήματος) vituperationem contexuit. Scripsit vero comœdiam in Themistoclem et Simonidem, aliaque.

Timolaus, Larissæus, Macedo, rhetor, Anaximenis Lampsaceni discipulus, qui cum ingenio poetico esset præditus, singulis Iliadis versibus singulos versus interseruit, et id opus Τρωϊκὸν inscripsit, hoc modo :

Μῆνιν ἄειδε, θεὰ, Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος,
Ἣν ἔθετο Χρύσου κεχολωμένος εἵνεκα κούρης,
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε
Μαρναμένοις, ὅτε Τρωσὶν ἄτερ πολέμιζον ἄνακτος,
Ηολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν,
Ἕκτορος ἐν παλάμῃσι δαϊζομένων ὑπὸ δουρί.

Scripsit et alia quædam.

Timon, misanthropus, philosophus, qui sectam omnem aversabatur, ut invisus omnibus (ab Aristophane in Lysistrata) perstringitur. Hunc Neanthes ait, cum de pyro silvestri cecidisset, claudum factum esse : cumque medicum nollet admittere, putredine consumptum fuisse. Post mortem autem ejus, sepulcrum, in quo conditus erat, juxta viam fluctibus marinis a reliqua terræ parte divisum et inaccessum factum esse.

Timon, Phliasius, et ipse philosophus, qui scripsit *Sillos*, hoc est vituperationes philosophorum, *libris III*.

Timotheus, Atheniensis, comicus mediæ comœdiæ. Ex ejus fabulis sunt : Πύκτης, Παρακαταθήκη, Μεταβαλλόμενος ἢ Μεταφερόμενος. Est etiam Κυνάριον. Timothei comœdia, teste Athenæo in Dipnosophistis, (lib. VI, p. 243.)

Timotheus, Thersandri, vel Neomysi, vel Philopolidis F., lyricus, qui decimam et undecimam chordam (lyræ) addidit, et antiquam musicam ad molliorem modum traduxit. Fuit autem temporibus Euripidis, tragici, quibus et Philippus Macedo regnabat. Obiit ætatis anno XCVII. Scripsit versibus nomos musicos XIX, proœmia XXXVI ; Dianam ; Diascevas VIII ; Encomium ; Persas sive Nauplium ; Phinidas ; Laertem ; dithyrambos XVIII ; hymnos XXI, et alia quædam. Alexander musicorum audiendorum, si quisquam alius, cupidus fuit, Timotheum enim, tibicinem, aiunt, cum aliquando Minervæ ὄρθιον νόμον tibia caneret, Alexandrum adeo commovisse, ut inter audiendum ad arma prosiliret ; Timotheum autem dixisse, talia debere carmina regia. Hic tunc, missis celeri nuntiis, erat ab Alexandro arcessitus. (Conf. Esteri not. tom. III, pag. 474 sqq.)

Timotheus, Gazæus, grammaticus, tempore Anastasii, imp. in quem etiam tragœdiam fecit, vectigali publico quod chrysargyrum appellabat. Scripsit etiam versibus de animalibus quadrupedibus et feris quæ sunt apud Indos, Arabes et Ægyptios quasque Africa alit ; itemque de avibus peregrinis et de serpentibus libros IV.

Τιθύμαλλος. Consueverunt medici ostentationis gratia patrias herbarum nominare, v. g. lafer renaicum, tithymalus Laconicus, etc.

Τίτλος. Titulus a capite differt. Nam Matthæus habet titulos LXVIII, capita CCCLV ; Marcus, titulos XLVIII, capita CCXXXVI ; Lucas, titulos LXXX, capita CCCXLVIII ; Joannes, titulos XVIII, capita CCXXXII. Et τιτλάριον, titularium, pugillaris tabella.

Titus. Romanorum imp. Vespasiani F., vir omni virtutis genere ornatus, ut ab omnibus Ἔρως καὶ τρυφή, *amor et deliciæ generis humani* vocaretur. Nam et eloquentissimus erat, et bellicosissimus, et moderatissimus. Et Latina lingua quidem in administrandis publicis negotiis usus est, poemata tamen et tragœdias Græce composuit. Expugnatis autem Hierosolymis coronas, a legatis finitimarum Palæstinæ gentium missas, repudiavit, professus non se ea fecisse, sed Deo, Judæis infenso, quæ commodavisse, etc.

Τὸ Δίωνος γρύ. *Dion, Alexandrinus*, philosophus celebris, cum a quibusdam adversariis fuisset Topsii, luctatoris, maledictis proscindendus, nihil respondit, atque in ædes suas reversus nihil iracundiæ præ se ferens adolescenti (Topsio, nempe) quidem dixit. Γρύ, sordes unguium.

Τὸ Ἡσιόδειον γῆρας. *Hesiodea senectus*, de iis qui provectæ admodum sunt senectutis. Pindari epigramma :

Χαῖρε, δὶς ἡβήσας καὶ δὶς τάφου ἀντιβολήσας,
Ἡσίοδ', ἀνθρώποις μέτρον ἔχων σοφίης.

Salve bis juvenis, salve bis nacte sepulcrum,
Mensura humani, o Hesiode, ingenii.

Τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις. Hippocratis (hujus medici,) filios perstringunt comici, ut indoctos et spurcis moribus. Eorum nomina : Telesippus, Dromophon, Pericles.

Τὸν Κολοφῶνα ἐπίθες, *Colophonem adde*. Duodecim civitates Ioniæ in concilium, quod Panionium dicebatur, de communibus negotiis deliberaturæ convenire solebant. Quod si igitur suffragia essent paria, Colophonii calculum imparem addebant, qui cæteros vincebat, etc.

